



Acta Oecumenici Concilij, habiti super controuersia de Coena Domini.

<https://hdl.handle.net/1874/427718>

4
Acta Oecumenici
Conciliij,

HABITI SVPER
CONTROVERSIA DE
Cœna Domini.

CONSCRIPTA, PER
JACOBVM SCHROPPIVM

Abbatem Maulbrunnensem. *Eulerffigie facta.*

Iohan. 18.

Si malè locutus sum, testificare de malo: siin bene, cur me cædis?



TUBINGÆ,

Exudebat Georgius Gruppenbachius,

M. D. LXXXI.

*Logo ex libris memoriae ad 1582
exclusa rutor Georgii Magazelli.*

Aga O Gemmici

Corripit

ABITI SAPER
GONTRORASIA DE

Cesar Duarri

conseruata, per

1500 RURUS ACERBISSIN

foliis.

1500 RURUS ACERBISSIN

MAGNUS

1500 RURUS ACERBISSIN

1500 RURUS ACERBISSIN

CANDIDO

Lectori S.

V M C A L V I N I A N O R V M
factio, in omnes occasiones tuendi dogmaris sui
intenta, per multos iam annos hoc agat, ut san-
ctos Patres suffragatores habeat, & hominibus
imperitis, nec in lectione Patrum versatis, facium faciat, ve-
ritas autem in omnibus victrix, doctam antiquitatem ita
excuset, ut Sacramentarij hac quidem in parte parum præ-
sidij inueniant, & accedant etiam doctorum hominum scriptas
que ipsis palam confundunt: ad Synodum prouocant: clam-
antes, se, non audit a cognita causa, condemnari. Sed nemo
est intelligens, qui non animaduertat, quam parum coloris
prætextus ille habeat. Negant se auditos, cum tamen statim
ab initio nascentis & oborienis controvenerint, & superioribus
etiam annis, congressus Theologorum fuerint: in quibus ac-
curate diligenterq; de tota re fuit actum: & ipsi etiam huius
erroris patroni audit i sunt. Et quidem cum lumen illud Ger-
maniae, D. Lutherus, Marpurgi Theologorum colloquio in-
tercesser, discuerunt Sacramentarij, non descendit gratia se cum
nostris congressos, sed ut possent spargere, se videntes abijisse:
qua de re Lutherus in Epistola quadam maiorem in modum
queritur: & illorum vanitatem conspicientiam omnibus lu-
culenter proponit. Nec obscurum est, quam putida & falsa
post colloquium Maulbrunnense sparserint: in quo tamen ad
eas angustias redacti sunt, ut negarent, omnipotentem esse, &
habere omnem potestatem in caelo & terra, aequipollere. Ex
quibus sane coniecturafieri potest, cur Synodos flagitent: vi-
delicet, ut postea ea, que velint, disseminare possint: & nouas
calumni-

A D L E C T O R E M.

calumniarum occasiones inueniant: nam frontem illi quidam
omnino amiserunt.

Quales autem congressus ipsi expetant, ex eorum scriptis
intelligi facile potest: in quibus certè disceptatores huius ca-
sa non Orthodoxos, & pios viros, sed suos esse cuperent: re-
quos, qui præsentiam carnis Christi in cœna statuant, & à Te-
stamento Christi non discedunt, ut Ubiquitarios reijercent
aut certè dicherent, eos parum idoneos esse in hac causa iudicari.
Cum ergo nec ipsi veritatem à nostris propositam, veluti radii
solares ferant, nec nos audire homines fanaticos, & ceteri
mis opinioribus imbuto, tanquam iudices debeamus, que rati-
onem spes virilis & ad emolumenta Ecclesie congregatae sy-
nodi esse poterit?

Interea tamen non possunt negare Cingliani, se ad facta
dium usq; auditos esse. Nam quæ ipsorum extant scripta, in
quibus hodie sua venena in totum orbem spargunt? An non
hoc est loqui, imò vociferari: & falsam de cœna Domini do-
ctrinam pro vera, roti Mundo obrrudere, imò in ipsis tales
blasphemias euomere? Quis autem negauerit, ipsis dudum ad
Φλωριανas suas grauiter & verè responsum esse? Quis non ve-
det, omnes neruos argumentorum ipsis ita ademptos & incisis
esse, ut ni causam suam deferere velint, aperte blasphemia de-
fendere conetur? Christo homini omnipotentiam non effetti-
butam, qui tamè dicit, omnem sibi potest acem in cœlo & in terra
datam esse. Tantum nosse Christum, quancum ei concedatur.
Miraculorum vim omnem diuinitati ascribendam. Christum
in resuscitandis mortuis, vocem dñeaxat accommodasse.
Humanam in Christo naturam ne in hypostasi quidem adoran-
dam esse. Maledictum, qui faciat carnem brachium suum,
afferentes hoc testimonium Propheticum de humana Christi
natura. Nihil certè his tetricus & abominabilius inueniri
potest.

P R A F A T I O

poteſc: in quibus tamen illi homines patrocinium cauſæ ſua
ponunt.

Sunt ergo Caluiniani non modo audit, ſed ita audit, ut
eum ſua defendere conarentur, eò redacti ſint, ut monſtra ope-
rionum, quæ olim alebant, nunc in medium producere cogan-
tur. Et quidem, cum olim de ijs D. Lutherus & Brentius
vaticinareneur, videbantur quibusdam calore quodam animi
prouecti, ὑπερβολας in medium afferre velle: ſed nunc res
ipſa docet, quid Cingliani in recessu habuerint. Basilius ſcri-
bit, matres que monſtra pepererint, ſtudiosè ea occultare: ſed
tamen alere: & id quidem Cinglius olim & aſſecta ipsius fa-
ciebant: nunc autem Dei beneficio, ac virtute verbi effectum
eſc, ut illi infelices partus, ex latebris protracti, omnibus
horroriſint. Eſtq; iam Cinglianorum reuelata ſumma impie-
tas: quam olim integumentis quibusdam & ceu incrustatione
quodam tegebant. Et quia intelligunt ſe deficere, ad mendacia
& calumnias ſeſe conuerunt: ita ut nunc libri edantur, quo-
rumſi primam chartam titulumq; intuaris, traclatum de cœ-
na D. m: ni promittunt: ſi euoluas, animaduerces om̄mē illam
ſcriptionem in calumnijs, conuicijs & viruperatione opeimē
de Ecclesia Chriſti meritorum virorum conſumi. Quia ergo
ipſis placet innocentes homines toti orbi deridendos propina-
re, & interim perinde ac fiſeriō rem agerent, Concilium flagi-
tare, exiftimauit contrā illudendum Diabolo, & proponendum
Concilium, in quo non, ut ipſi ſolent, afferantur plaſtra
mendaciorum, ſed ex antiquitate ea proponantur, que ipſi
adversarij negare non poſſint. Et cum multorum lucubratio-
nes vanitatē illorum hominum coarguerint, ego in his Dia-
logis oſtendam, Caluinianos & Philosophiam & Theologiam
corruſpere: ac diſcedere plane in caſtra Hebreorum & Tur-
corum: qui ſe pofitif scripturis, ſuam Philosophiam pro verita-
te affe-

AD LECTOREM.

ze afferunt. Ostendam, eos veterem Berengarij hæresin rati-
uare: & alias quoq; hæreticas opiniones ex antiquitate
orbem Christianum velle reuocare. Idq; eam ob causam
eturus sum, quia animaduerto ex illorum scriptis, sedulo
hoc agere, ut imperitis hominibus persuadeant, certius
illud Sacramentarium, omni antiquitati ignotum, his deinceps
nostris temporibus motum esse. Accusant etiam Lutheri re-
bementiam: quod is inclemensius, quam pars sit, cum appri-
doctis viris egerit: & in eo animi morbo magis, quam rebu-
ipsis seruierit. Existimauit ergo ex veteribus historijs demost-
strandum esse, non agi rem nouam: sed Cinglianos antiqui
morum hæreticorum, qui in sacrum hoc epulum blasphemie
fuerunt, corruptelas renouasse: quibus occurrendum omnino
fuerit, nisi Lutherus, & cæteri p[ro]ij doctissimiq[ue] viri, ut ceſſa-
tores, imò verò proditores veritatis, apud omnem posterita-
tem accusari vellent. Hoc etiam productis in medium veteri-
bus illis monstris ostendi, quod quisq[ue] exciterit truculentus
hæreticus, eò sincera doctrinae de sacra cœna magis infestus
hostem fuisse: sed Deum plerosq[ue] fatalibus pœnis affecisse: &
doceret, se illorum blasphemias detestari, ac pro iustitia &
seueritate sua, in ipsis velle animaduertere. Spero etiam prius
lectorem, attentius totam Mundi historiam considerantes,
facile intellegetur, quod is Diaboli quasi persecutus con-
tus fuerit, consolationem illam, quam in cœna sua Dominus
sare maximam reliquit, è medio tollere: itaq[ue] omnibus tem-
peribus sacrilegos excitasse, qui non dubitarent, ipsa nos
Christi carne, & profuso pro nobis sanguine, quantum quidem
in ipsis esset, spoliare. Intellecturi etiam sunt, illos omnes, &
veteres & novos fanaticos, in eo uno congruere: tantum a
nobis carnem Christi abesse, quantum cœlum ab infima terra.
Haec blasphemiae & cum horrore audiuntur, & suo tempore
vltore

P R A E F A T I O

pleorem sunt habituræ dominum: & nemo bonus est, qui non
iudicatur us sit, eas ut præsentissimam pestem fugiendas esse.
At vero, cum Calviniani patrocinium cause sue deploratissi-
mæ questioni, Patrum testimonijs abutantur, ut vel colo-
rem saltem aliquem suo dogmati, veluti fucum & cerussam
adjiscant, producam etiam Patres, qui suam ipsi innocen-
tiam probent, & ostendant, quamvis ingeniosa sit impetas,
& hinc inde ex antiquitate male trucatas sententias venetur,
tamen his tam apertis testimonij, seu clarissimo Soli, nihil
cum aliqua spe Victoriae opponi posse: & sanctos Patres, dum
veteres hostes oppugnant, novos etiam expugnare. Et qui viui
examina hereticorum profigunt, eos nunc quidem mor-
tuos, sed tamen in scriptis suis viuentes ostendere, ea que à
Calvinianis afferantur non fuisse pie antiquitatis sententiam,
sed figura male feriatorum hominum: quia non dubitârint,
Berengarium, & similes hereticos, iam olim iudicio Ecclesiæ
damnatos, quasi ab ipsis inferis euocare: ut in hac Mundi &
Ecclesiæ senecta, sua venena, cum interitu infinitorum homi-
num spargant.

Et quia Calviniani non dubitant, eos etiam Cingliani sumi
olim defensi insinuare, qui ad ultimes usq; spiritus in confes-
sione vera doctrine de sacra cæna perseverârunt: eos quoq;
in hoc Concilium adducam, ut ne illi mortui de sua innocen-
tia, culpa levissimorum hominum, periclitentur. Deniq; do-
cebo, eos etiam, qui sobriè Philosophati sint, non discedere à
sententia purioris Ecclesiæ: sed Philosophia cereos quodam
terminos circumscribere, quos ea egredi, aut transfilire non
debeat. Eos homines si imitati fuissent Dipnosophistæ, nunquā
sibi tantum permisissent, ut omni modo negandum iudicarent
id, quod angustiæ animorum nostrorum, secundum rationes
Philosophicas, non capiunt.

In

AD LECTOREM.

In Testimonijis ergo & veterum & nouorum authoriorum nihil de ingenio meo afferam, ipsi loquentur suis verbis: quae mutila afferre videar, ad margines loca assignabam.
Neq; enim opus est, ut ingeniosè aliquidijs scriptis addat, quæ ad unum posteritatem loquuntur.

Mirabuntur fortasse Romanenses, se quoq; Sacramentarij fuisse annumeratos, cum constet, Berengarij hæresin in Cœcilij Oecumenicis, Vercellensi, Turonensi, Laceranensi, Constantino damnaram: sed graues sunt causæ, quod hos etiam alijs adiungendos existimauerim. Nam cum in cœteris fœssoribus, de alijs articulis controversis agetur, Iesuitæ primas dicentes partes sint habituri, volui eos hic etiam primos producere.

Deinde digni sunt, qui in Sacramentariorum ordinem cogantur: quia suis male consutis Canonibus, huic hæresi reactandæ occasionem dederunt.

Maxime verò eam ob causam in illorum numero habendis sunt, quia paricūm Sacramentarij temeritate, simili impietate, sacrilegio & blasphemia, Filij Dei testamento adulcerarunt, prophanarunt, & à Christi instituto, in altero genere diuersum usum, peruerendo corrupserunt. Erridiculum sane est eos hæresin obijcere Berengario, cum & ipso non minus quam ille à mandato & institutione Christi discedante. Perinde autem est, ac si asinus asello deformitarum aurium obijceret. Postremò notum omnibus est, Iesu scilicet illos hoc tempore in castra Sacramentariorum transfisse: nam cum illis ipsis omnipresentiam carnis Christi in vno sōcione euocatam, in mille Missis & eam sua opinione habere: quam etiam in infinita sacraria aut ædicularis includant. Cum ergo isti homines non modò cum Orthodoxis, sed secum ipsis etiam dissident, & ne quid ipsis ad cumulum errorum & corruptilarum

P R A E F A T I O

Larum desit, Calvinianam etiam blasphemiam adiungant, digni sunt,
qui non modo ad hoc Concilium euocentur, sed ab omnibus, ut incon-
stansissimi & ineptissimi disputationes, irrideantur. Quod autem hæc Dialogo-
jerendi placuisse. Oro autem pios lectores maiorem in modū, ut id, quod ab
opeimo animo profectum est, boni consulant: & attentis animis cum
veceres, cum novis illos Concilij assertores audiant: & in his cum
quem oportet, delectum habeant. Jesus Christus Seruator generis hu-
mani, qui in hoc Mondo Ecclesiam sibi colligit, & qui eam tanto est
amore prosecutus, ut pascere vera sua carne, & reficere vero suo
sanguine voluerit, clementer nobis largiatur, ut hæc tanta bona &
dona toto pectore amplectamur: & deinde efficiat, ne falsi Doctores
confingendis opinionibus, de ingenio suo, thesauros illos caelestes nobis
eripiant: & nos per inanem philosophiam deprædentur. Largiatur
etiam nobis per Spiritum sanctum suum, ut omnes cogitationes no-
stras, ad obsequium suum ita reflectat, ut à voluntate ipsius in verbo di-
uino expressa, ne ad latum quidem ynguem discedere velimus: sed
nos totos ipsi resignemus: & hoc nobis præcipiamus: ea quæ ipse nobis
proponat, omnibus pro demonstratione esse debere. Bene &
felicitate in Iesu Christo vale, candide Lector. Datum
die D. Bartholomeo sacro, Anno salutis,

M. D. LXXXI.

Iacobus Schroppius Abbas
Mulbronnensis.

PATRES, QVI HVIC CON-
CILIO INTERFVERVNT: secundum
seriem literarum collocati.

- A Bdias Babylonius.
Aeneas Sylvius.
Alexander ab Alexandro.
Algerius Saxo Monachus.
Alphonsus de Castro.
Altuarus Hispanus.
Ambrosius Eboracensis.
Ambrosius Mediolanensis.
Antoninus Archiepiscopus Florentinus.
Antonius Bonfinius.
Antonius Sabellicus.
Athanasius.
Aurel. Augustinus.
Augusta. Confessionis autor.
Basilius.
Benno Cardinalis.
Bapt. Fulgosus.
Bernhardus Lubenburgus.
Bibliothecæ sanctæ autor.
Boquinus.
Cassiodorus.
Catalogi testiū veritatis autor.
Cæsarius Cistertiensis.
Christianus Massonus.
Clemens Alexandrinus.
Cælius Rhodiginus.
Cornelius Tatus.
- Concilij Tridenti P.
Conradus Gesnerus.
Cromerus.
Cyprianus.
Cyrillus.
Ditmarus Episc. Merseburgen.
Dubrauius.
Epiphanius.
Euagrius.
Eusebius.
Fl. Blondus.
Franciscus Petrarcha.
Fasciculi temporum autor.
Gelasius.
Georgius Cedrenus.
Guido Perpennianus.
Gratianus.
Gregorius M.
Gregorius Nazianzenus.
Gulielmus Malnesbergensis.
Guil. Damasus Lindanus.
Hieronymus.
Hilarius.
Huldericus Cinglius.
Honорius.
Iacobus Meyerus.
Ignatius.

Ignatius Martyr.
Ioannes Balæus Sudouolga.
Ioannes Caluinus.
Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Damascenus.
Ioannes Eccius.
Ioannes Euiratus Moschus.
Ioannes Gerson.
Ioannes Hallerus.
Ioan. Iouianus Pontanus.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Niderus.
Ioannes Pfefferkorn.
Ioannes Schyz.
Ioannes Trithemius.
Ioannes de Turri cremata.
Irenæus.
Iuo Panormitanus.
Isidorus Hispalensis.
Iustinus Martyr.
Iuris Canonici autor.
Lactantius.
Leander Albertus.
Leo Papa.
Lud. Lauaterus.
Marius Belga.
Martinus Chemnitius.
Martinus Lutherus.
Martinus Polonus.
Michael Riuuius.
Nicephorus.
Nicolaus Cusanus.

Nicolaus Selneccerus.
Origenes.
Orpheus.
Papyrius Massonius.
Paulus Æmylius.
Paulus Diaconus.
Paulus Simoneta.
Pausanias.
Petrus Boquinus.
Petrus Crinitus.
Petrus Cluniacensis.
Petrus Lombardus.
Petrus Martyr.
Petrus Se.
Petrus Viretus.
Philestrius.
Platina.
Plutarchus.
Prateolus.
Quintil. Mondosius.
Q. Curtius.
Raphael Volaterranus.
Richardus Cluniacensis.
Rufinus.
Sebastianus Francus.
Sigebertus.
Sozomenus.
Stanichius.
Stanislaus Hosius.
Suetonius.
Suidas.
Tatianus.

Tertullianus.	Vincentius Beluacensis.
Theodoreetus.	Vincentius Curiensis.
Theodorus Beza.	Vrspergensis.
Theophilus Alexandrinus.	Vuolfgangus Kyriander.
Victor Vticensis.	

INTER LOCVTORES, QVIVER-
ba in hac Synodo fecerunt.

P <small>RÆSES.</small>	Petrus, pro se & Marco.
Gregorius de Valentia, nomine Pontificiorum.	Paulus, pro se & Luca.
Rabbinus, nomine Iudæorū.	Stephanus Protomartyr, pro omnibus Martyribus &
Lucianus, nomine Ethnicon.	Doctoribus Eccle- siæ.
Simo Magus.	Paulus Anachoreta.
Manes.	Martinus Lutherus.
Arrius.	Martini Lutheri Discipuli.
Berengarius.	Ioannes Stapulensis, Philoso- phus.
Carolstadius.	Iurisconsulti.
Dathenus.	Philippus Melanthon.
Legatus Mahometicus, pro se & suis.	Angelus Masarellus, Nota- rius.
Lucifer.	
Gabriel, nomine S. Triados.	
Matthæus, Apostolus & Evangelistæ.	

I

Acta Concilij Nationalis,
SCRIPTA, DE S. COE-
NA DOMINI.

ORATIO PRÆ-
SIDIS.

DNTER MVLTAS AC VARIAS LITES
& controuersias, Patres conscripti, quibus
Religionum interpretes, hisce nouissimis
temporibus, à se inuicem dissident, non
est postrema, quæ de præsentia Christi, in
sacra coena hodie inter doctos agitatur. Cu
ius dubitationis præcipua causa est, quod cum omnium
temporum, tum in primis huius seculi hominibus de per
sona Christi non conuenit: ac ferè tot hodie sunt sensus,
quot capita. Nam Iudei, et si Christum non negant Ma
riæ filium, & Ioanne Baptista maiorem fuisse Prophetam:
tamen pro Filio Dei, & promisso illo mulieris semine
haudquaquam agnoscendum esse arbitrantur: vt qui ad
huc Mose longe sit inferior. Sarraceni vero & Turcae,
quamvis & ipsi Christum magnificant, & Mose superio
rem esse credant: eundem tamen Mahometi suo longe
postponendum iudicant. Inter Christianos porro, qui à
Christo ipso nomen habent, tanta est opinionum varietas:
vt licet omnes illum pro Filio Dei verbis prædicent: tamen
animis ac mentibus plurimum inter se discrepent. Alij
enim Christum pro Deo quidem agnoscunt, Deique Fi

A

lium

lum & Redemptorem generis humani esse fatentur, sed
imperfectum dicunt: cuius passiones, nostris bonis operi-
bus sint supplendæ. Alij etiam omnipotentem Deum
cum Patre & Spiritu sancto profitentur: sed hominem,
quem ille in unitatem personæ assumpsit, nequaquam omni-
potentem & omnipræsentem esse concedunt. Quorum
dam opinio tam propinquæ est Arrianismo, ut dicant &
scribant, humanam Christi naturam, cum sit creatura, non
esse adorandam: propterea quod cultus iste nulli creando, sed
creatori soli debeatur. Ab his longissime diversi sunt, qui
Christum non modo secundum Deitatem, sed etiam se-
cundum humanitatem dicunt & scribunt omnipotentem,
omniscientem, omnipræsentem. Docent enim, quod pro-
pter vim hypostaticam, duæ in Christo, tanquam una per-
sona, unitæ naturæ non possint separari. Nam filium ha-
minis ita copulatum cum Filio Dei affirmant: ut quicquid
habeat Filius Dei: id etiam filius hominis quadam com-
municatione Idiomatum possideat. Hinc illa nata dubita-
tio: vtrum corpus & sanguis Christi secundum verba &
promissionem testatoris, verè & substantialiter (quemadmodum in Scholis loquuntur) in sacra Cœna adsit, & à
communicantibus verè percipiatur, an verò secus. Cum
autem hæc quæstio, ita sit perplexa atque inuoluta, vt ab
que legitima Synodo & nationali Concilio explicari atque
euolui non possit: visum est mihi vos in hunc locum con-
uocare, & quaæ cuiusque partis sententia sit, in hoc ampli-
simo confessu explorare: vt collatis inter nos sententijs,
tandem rei elucescat veritas. Est enim hoc è controverbis
Religionum capitibus fermè præcipuum, omniumq; peri-
culosissimum. Nam plus in recessu habet, quam in frontis
spicio commonstrat. Hoc vt plenius ac manifestius intel-
ligatis,

Controuers. de S. Cœna Domini. 3

ligatis, principio cardinem, in quo negotiū istud vertitur,
paucis & brevibus declarabo. Sic enim fore arbitror, vt
partis vtriusque opinio melius ac certius cognoscatur. Igis-
tur plurimi sunt pene per totam Europam, homines non
indocti, neque infimae sortis, qui credunt, docent, & scriptis
suis propugnant, ipsoq[ue] opere & facto (quantum possunt)
defendunt: quod verum corpus et verus sanguis Iesu Christi,
quas ille res ex Beata virginē Maria, sine peccato assumi-
psit, nullo modo in pane & vino sacræ Cœnæ præstò sint,
sed ab ipsis signis tantum absint, quantum distet supremum
cœlum ab infima terra. Neque enim pati conditiones Phy: Beza Apol. 3.
sici corporis, vt τοπική præsentia in Coena sit admittenda,
qualem verba institutionis secundum literam requirant:
quim imo Deum ipsum tam potentem non esse, licet
omnes Maiestatis suæ neruos intendat, vt unum corpus Petrus Marry
simil in duobus locis collocare possit. Itaque verba instis in Dialog. pag.
tutionis non propriè & secundum literam recipienda, sed 56.
Tropicè & figuratè intelligenda: vt HOC EST, idem va-
leat ac sonet, quod HOC SIGNIFICAT. Dicunt enim, pas-
nem esse signum corporis, & vinum esse signum sanguis
nis absentis, in cœlo: ubi corpus Christi certo loco circum-
scriptum, inclusum & definitum sit: ac proinde etiam spiri-
tualiter, in Coena fide sumentis esse accipendum. Contra
autem sentientes, & verba secundum literam intelligen-
tes, uti clare sonant & aperte loquuntur, commentum affert Beza Apolog.
re, cuius ipsum Sathanam pudeat: fragmentum producere. & 3.
Diabolicum, adeoque Sathanæ excrementum, & (sit ver-
bo venia) stercus Diaboli. Varijs etiam nominibus securi
docentes appellant: & Capernaitas, Cyclopas, Canibales,
Thyestas, Deiuoros, Anthropophagos, Sarcophagos, Hæ-
matopotas nominant. Christū ipsum, qui se nobis mancipauit

4 Acta Concil. National.super

Cinglius.

Boquinus.

Vireius lib. 13.

candum & bibendum exhibeat: Iouem Elicium, Deum pistum, tostum, impanatum, paniceum, in horto crescens tem, vocant, & consimilibus elogis ac titulis multis exornant.

In primis autem hoc istorum asseclae, in aduersa parte acerrime reprehendunt, quod nescio qua simplicitate adducti, Christo, Dei Filio, nimium tribuant, nimis eum extollant: cum ipse a Deo (causa unionis personalis) plura non acceperit, quam homini secundum naturam suam competit.

Qui vero contrariam huic doctrinam amplectuntur, si credunt, docent, & liberè atque aperte confitentur: quod nulla pro�us de causa a promissionibus Christi, Seruatis sui Optimi Maximi, sapientissimi ac veracissimi, tam claris atque perspicuis verbis recedere, aut alienum illis sensum affingere, & Tropologico glossemate Christi Testamentum peruertere possint aut debeant. Itaque ex verbis his Testamenti: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus; certo concludunt: quod corpus & sanguis Christi vere adsint: & cum pane & vino distribuantur vescientibus in Cœna Domini: & improbant securi docentes. Dicunt enim, & constanter in suis scriptis affirmant: si Deus, qui est ipsa æterna veritas, unquam aperre & dilucide loqui voluisset, quod hoc ipsum in sui Testamenti constitutione potissimum facturus fuisset. Neque enim se Deo Opt. Max. diffidere, aut de illo suspicari, quod is in suo Testamento, & ultimæ voluntatis contestatione tropica verba adhibere, & perplexè loqui voluerit. Nam si boni viri, qui absque cognitione veræ pietatis, in hac ciuili consuetudine laudate vixerunt, suis Testamentis, non ipsi modo dilucide & aperte locuti sunt, sed etiam ex prescripto legum:

Augustana.

Confessio

Art. 10.

gum alios testatores ita loqui voluerunt: multò magis Dei
 Filiū, qui est fons legum & honestatis, in suo Testamento
 idem præstare voluisse. Scire n. se, quod Deus Filiū suum
 non ideo in hunc mundum miserit, vt ille miseros homi-
 num animos, iam ante per se in rebus diuinis cæcutientes,
 & quantumuis dilucida Spiritus sancti oracula non animo-
 aduententes, verbis picturatis & tropicis, tanquam Sphynx
 gis Ænigmate, aut pomo quodam Eridos ludificaret, atq[ue]
 in errorem perduceret. Neque enim hunc Christo fuisse
 morem, vt salutiferos articulos fidei, verbis obscuraret, &
 nebulis quibusdam Cimmerijs suam doctrinam inuolue-
 ret. Sed & ipsum Spiritum sanctum, si cum aduersæ partis
 opinione consentiret, absque dubio vel vnum saltem ex
 Apostolis, si non plures, ad veritatis cognitionem fuisse
 perducturum: vt verba institutionis secundum veritatem
 sic interpretaretur, vt, HOC EST, idem valeret, quod, HOC
SIGNIFICAT. Cum autem omnes Euangelistæ, uno ate-
 que eodem ore, de hoc mysterio loquantur, & Paulus A-
 postolus aliter non fuerit, à Christo ipso, in tertio cœlo edo-
 crus, ex necessitate hoc consequi dicunt: quod Christi an-
 nus ab aduersariorum opinione longissimè dissideat. Ita-
 que vere se affirmare posse, quod Iesus Christus, Dei Filius,
 verax, sapiens, omnipotens, vere dixerit: Edite, hoc est cors
 pus meum: Bibite, hic est sanguis meus. Nam vnam hanc
 esse illorum fiduciam, qua contra portas inferorum nitans-
 tur: vnum hoc illorum solarium, quod in Deo repositum
 habeant. Quapropter simplici verborum sententiæ con-
 stanter & sincere se acquieturos: & vitam potius, quam
 veritatem istam amissuros: eos vero, qui huic Testamento
 Dei omnipotentis & veracis, temere se opponant, idq[ue] reijs-
 ciant, aut longe petitis glossematis euertant, quicquid ore

6 Acta Concil. National. super

dicant: corde & animo totum Christi nouum Testamentum abnegare, & omne id, quod Christus precioso suo fave
guine nobis impetravit, nefario ausu conculcare. Et quemadmodum, in hac ciuili vita consuetudine bono viro
nulla sunt commercia cum hominibus, qui aliorum Testa
menta audacter depravare, & turpiter peruertere non eru
bescant: ita se nullam posse inire amicitiam, aut societatem
qualis inter fratres Christianos esse soleat, (bona quidem
conscientia) cum illis, qui Filio Dei suum Testamentum
adulerant, destruunt, euertunt: nisi forte earundem cum
ipsis contumeliarum, quibus Deus & homines offenduntur,
participes fieri velint. Intercedere tamen suis assiduis
precibus apud Deum pro ipsis, ut is seductas miseras ho
minum mentes, in cognitionem atrocissimi huius erroris
perducat: peccata & delicta illis clementer condonet: ne
peruersi, & in reprobum sensum dati homines, more Be

Vincent. Belua-rengarij, qui & ipse praesentiam corporis & sanguinis Christi
cens. spec. hist. sti, in Coena negauit, aliquando in extremam salutis sua
lib. 25. cap. 30. desperationem incurvant. Nam is in lucta mortis, cum iam
Guilel. Malmesbeuero Dei iudicio premeretur, in hanc miseram & ples
burg. lib. 3. cap. nam desperationis vocem erupit: Deus meus, inquit, ho
58. & 59. de ge- die mihi apparebis aut ad meam salutem, vt spero; aut
stis Anglor. ad duram meam damnationem, sicut timeo, propterea
Ioan. Gerson in quo peruersa mea doctrina decepti. Exposui hactenus
lib. contra A- vtriusque partis in praesenti negocio sententiā, verbis, quam
mant. de Rosa et potui, paucissimis & dilucidissimis. Nunc, quod reliquum
Serm. 1. de Cœ- est, vos omnes, omnium & singularum nationum legatos,
na Domini. moneo & hortor, vt quae cuiusque sit sententia, de hac que
stione proposita, liberè, aperte, & perspicue, quod in bonorum
rum consultationibus fieri solet, proferatis. Sic enim fieri
ut cognita cuiusque opinione, certius iudicare & statuere
possim.

Controuers. de S. Cœna Domini. 7

possim, quæ sententia approbanda, quæ ue rei scienda & condemnanda sit.

ORATIO IE- SVITÆ.

Postquam in hac verba Preses Concilij perorauit, & finem dicendi fecit: primi surgebant e confessu IESVITÆ, genus hominum nouum, & Romani Pontificis postremi scellites: qui nouis coloribus, tanquam teclorio, parietinas Romanam Cathedram, ita incrusterunt hanc enim, ut periculum sit, nisi Romanus Pontifex eorum conatibus mature eat obuiam, omnem Missam ire perditum, ac funditus extirpatum. Erat istius legationis princeps Gregorius de Valentia, Hispanus, homo ingenio vafio, & natura sua dicax, & Hispanico fastu nimium inflatus. Is pro se, & sue Legationis. socijs in hunc modum loquebatur.

 Si, inquit, nobis Romanæ Ecclesiæ legatis nihil gratius, nihilque optatius in hoc consenserit, accidere potuisse: quām vt nouē huic questioni supersedere, & controuersiam de Cœna Domini, silentio præterire nobis liceret: non quidem eam ob causam, quod in huius controuersiae negotio, nos Catholicæ fundamento solido, cui insistere possimus, destituamur: sed quod hisce temporibus plures existunt Pseudocatholici, quām nunc olim fuerunt, homines vafri, versuti, Logodædali, & quouis Vertumno aut Protheo mutabiliores: vt qui vetera Romanæ Ecclesiæ placita et sancta iam innouata, & pristino suo nitori restituta notent agnoscere: Tamen quia in hoc Oecumenico Cōcilio, libera dicendi potestas cuiuis permitta est: nos etiam liberè &

& aperte, nullo cuiusquam hominis odio, sed solo veritatis studio, opinionem nostram, quam breuissime fieri potest proferemus.

Extra de heret. cap. Ad abolen- Ac initio Canonem ex Iure Pontificio fundamenti lo-
co ponimus, super quo, confessionem nostram extruimus
quæ talis est: Quicunque aliter de Sacramentis docuerit,
quam sacrosancta Romana Ecclesia docet, is haereticus
est: & perpetuo Anathemate innodandus. Quia vero nos
qui primi ad dicendum venimus, Romanæ Ecclesiæ addi-
cti sumus, eamque pro matre, tanquam filiis obedientes
agnoscimus: ideo à nobis in præsentia requiritur, ut quæ
nobis dicuntur, ea non ex figuris, cerebri nostri, sed ex
scriptis ab Ecclesia Romana receptis & approbatis, confir-
mentur, & demonstrentur. Igitur opinionem nostram, ex
Iure potissimum Canonicō stabilire aggrediemur: idque
propter duas causas, haudquaquam contemnendas: Quæ

*Martinus Polonius prior hæc est, quod Martinus Polonus quidam Epis-
tulus in prefatio scopus, & Romano Pontifici à pœnitentia seu absolutione
ne tabula Martiniane.* (quem vulgo Pœnitentiarium appellant) circa annum Do-
miní 1320. de Canonicō Iure, in hæc verba scripsit: Decre-
torum libri doctrina ad hoc est tradita, vt per ipsam tam
Clerici, quam Laici regulentur. Per ipsam enim circa tri-
dem Sacramentorum, & circa scientiam scripturarum, re-
pulsa falsitate iniquitatis, perducitur quilibet ad veram
perfectamque cognitionem veritatis. Posterior hæc: quod
omnia, quæ in illis sanctissimis ac diuinissimis libris conci-
nentur, aut Pontificum sanctitatem, aut Patrum dicta, aut Con-
ciliorum decreta sunt. Ideoque triplicis probationis vici
habebunt singula: & unum quoduis longè maioris era-
momenti, quam terna alia, ex quibuscumque scriptoribus
prolata. Quis enim nescit, quæ & quanta sit Pontificia
Roma

Controuersi de S. Cœna Domini. 9

Romanorum authoritas: an non hi sunt, qui errare, labi, decipi non possunt: an non reliqui mortales omnes, nisi animæ & salutis suæ iacturam facere velint, illorum decretis, sanctis, placitis, iussis, vetitis, stare, credere, morigerari, neque ullo modo aut via contraria debent: Et quis tam remotus est ab Ecclesia Romana, vt nesciat, quo loco habendi sint sancti Patres: Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Theophylactus, & reliqui, penè innumerabiles: cùm Tridentinum Concilium nuper sanxerit, vt Patrum scripta & Traditiones, cum Propheticis & Apostolicis scriptis, pari pietatis affectu & reuerentia, suscipiantur, & pro certissimo Dei verbo, habeantur: cùm & glossa quedam Iuris Canonici expressè sic loquatur: Omnia scripta Patrū hodie ab omnibus usq; ad ultimum Iota teneri iubentur. Quid verò de Concilijs dicam: an hec à Spiritu sancto, qui est fons veritatis, non ita reguntur: vt ne minima quidem in parte, à scopo veritatis aberare possint: Quid: quod Ius Canonicum à Pontifice Eugenio, in Concilio Claromontano, cui ipse met non interfuit modo, sed etiam præfuit, peculiari decreto confirmatum & roboratum est: & sicut glossa testatur, circa annum Christi 1120. publicè promulgatum, & a tota Ecclesia sineulla tergiuersatione, acceptatum est, confirmatum est, approbatum est: Quin imo omnium sequentium seculorum controuersiæ ex eodem, ad hunc usque diem disceptatae, definitæ, dijudicatae. Quid: quod ipsum, tam veteres, quam recentes Sacramentarij, suum dogma, Iuris Canonici decretis stabilunt: & gloriantur, se non noua afferre, sed antea Patrum & Conciliorū autoritate confirmatae: Nam

B

hoc

Ioannes de turre
crem. in sum. de
Ecclesia lib. 2. cap.
109.

Quintilianus Ma-
dosius de regimine
Cancellar. Apo-
stolicæ.

Extravag. de Ma-
iorita. & obed.
Parag. Vnā sanct.
Concil. Trident.
Sess. 1.

Alphonsus de Ca-
stro, lib. 1. cap. 7.
aduers. hæref.

Distinct. 9. Parag.
Noli. ext. in glo.

Alphonsus de
Cast. lib. 1. cap. 7.
aduers. hæref.

Ioannes Eccius de
Concilijs.

Sotus in assert. Ca-
tholica de Concil.
z. q. 6. Post appel-
lat. in glos.

10 / Acta Concil. National. super

Sebastianus Fran-
cūs Chro. fol. 365.
Ioannes Hallerius
Bernensis. in lib. de
Sentent. decret.
cap. 12.

hoc Francus, & Hallerius Bernensis, anno 72. publice
editis libris, testatum fecerunt: ideoq; Pseudocatholi-
cis, qui se socios Sacramentariorum esse negant, ipsi
hoc Sarcasmo, libris suis præfixo, insultant:

Debueras Domini iam pridem cedere verbo
Tu, qui Romulea præsul in urbe sedes.
At, quia cœlestis tibi verbi oracula fordan-
t, morere: en, proprio cœsus ab ense iaces.

Quæ omnia, cum in rei veritate ita se habeant, ne
minem ego ex vobis tam impudentem, tam frivo-
lum, tamq; impium fore arbitror: qui vel Pontificum
decretis, vel Patrum dictis, vel Conciliorum statutis,
contradicturnus sit. Quapropter, vt ad propositam
Domino Præside quæstionem perueniamus, innxi
ijs, quæ dixi, fundamentis, nos Romanæ Ecclesiæ le-
gati, eam quæstionis partem, quæ carnem & sanguis
nem Christi à pane & vino in sacra Cœna abesse ne-
gat, tanquam veram, & Catholicę Romanę fidei con-
sentaneam, totis mentibus atque animis accipimus:
& cum assertoribus illius, vnanimi consensu prolix
fatemur: quod caro & sanguis Christi à signis Elemen-
taribus tantum distet, quantum ccelum supremum ab
infima terra: & quod Christi corpus, certo cœli loco
alligatum, affixum, inclusum, & angustissimis termi-
nis circumscriptum sit: sicut nos Iesuitæ Ingolstadi-
enses, editis hac de re thesibus luculenter demonstra-
vimus. Has enim veras esse theses, non modo Genes-
uenses, qui eas tertio recudi voluerunt, sed etiam Vui-
tebergenses satis superque contestati sunt. Ac proinde
etiam

Controuersi de S. Cœna Domini.

ii

etiam verba institutionis Cœna, Tropicè & figuratè,
ac longe alio sensu accipienda esse, dicimus, quām se-
cundum literam sonant: nempe de spirituali participa-
tione, quæ fide fiat, & quidem a solis credentibus & fi-
de præditis, nullo autem modo ab infidis & incredulis
hominibus. Contrà sentientes, iuxta Canonem su-
pr'a allegatum, pro Hareticis, Schismaticis & fanaticis
Vbi quitaris, agnoscimus, & condemnamus. Atque
hæc sententia, ne cui noua, absurdæ, aut à Romana
Catholica Ecclesia aliena esse videatur: primò omni-
um clarissimis & euidentissimis rationibus, figura-
tum hoc & tropicum interpretandī genus, tum in ple-
risque omnibus locis, vbi de scripto & sententia con-
trouertitur: tum vero in primis hoc ipso in negocio,
quod de verbis institutionis Cœna recte interpretan-
dis atque intelligendis tractatur, huc usque in nulla
alia Ecclesia, quam Romana frequentius, acceptius &
visitatius fuisse, ostendam. Quod ut planissime intel-
ligat, repetito paulo altius sermonis initio, rem ipsam
tam aperte & clare ob oculos ponere aggrediar: quām
clarum est Solis iubar in Meridie, cūm sudum est.
Hoc nisi fecero, non sit causa, quin hoc ipso Concilio
Romani Pontificis anathemate, tanquam fulmine per-
cutiar. Igitur Romana Ecclesia omnino quatuor mo-
dis S. literas interpretari solet. Aut enim literaliter,
aut allegoricè, aut anagogicè, aut Tropologicè (vt los De consecrat. dicitur.
quitur Canon) Scriptura aliquid intelligit. Et postea 4. Parag. Quar. 2.
mus hic modus, vt ibidem dicitur, reliquorum omni-
um in Ecclesia nostrate, vt visitatissimus, ita utilissi-
mus est. Quo etiam nomine in Iure Canonico sibi ca-
uit Ecclesia, vt figuratæ huiusmodi formulæ locutio-

B 2

num

12. Acta Concil. Nationalis super

num, dictionum atq; interpretationum, liberè admittantur & adhibeantur. Quapropter etiam præcipui Romanæ Ecclesiæ articuli, figuris, tropis & schema tis suffulti, stabiliti, & tanquam Aiacis clypeo, aut Paladis Ægide communiti sunt. Nam si omnino voluimus rei veritatem confiteri, totum Romanæ Ecclesiæ ædificium collapsurum esse credimus, si Tropologicæ & Allegoricæ columnæ illius succidantur. Quæ enim alia res Sanctissimum Patrem nostrum, Christi vicarium, ad Romanæ Ecclesiæ culmen, atque fastigium summum, adeoque ipsius diuinæ Maiestatis conlinilem gradum euexit, qu' am tropica & picturata verborum Christi interpretatio? Nam quæ Christus Petru, & in persona Petri omnibus Apostolis de Ministerio prædicationis & virtute Euangelij dixit: an non Ecclesia Romana tropicè enarrat: Tu es Petrus inquit, quilibet Romanus Episcopus est meus Vicarius: Et super hanc petram, i. ad Cathedram Romanam, Ædificabo Ecclesiam meam, i. omnes ceteras totius orbis terrarum Ecclesias alligabo: Et portæ inferorum, i. omnes Cesara, omnes Reges, omnes Principes, omnes Domini: Non preualebunt aduersus illam, i. pedibus illius subiecti erunt. Et dabo tibi claves regni cœlorum, i. Vicario meo, Romano Pontifice, dabo utrumque gladium, Ecclesiasticumputa & politicum: Et quicquid solueris super terram, id est: Cuicunque homini Vicarius meus aut Indulgentias dabit, aut imperium, regnumque admet, id est alteri conferet: Solutum erit in celis i. Hoc etiam egomet Christus in cœlo & terra ratum habere & volo & debo: Et quicquid solueris in terris, i. quemcumque Romanus Pontifex aut excommunicabit, & sacerdotem anathematiferiet, aut suo regno hereditario ac legitimo imperio excepit:

Matth. 16.

Controuers. de S. Cœna Domini. 13

ii. Ligatum erit in cœlis, i. non aliter dictum, factum erit,
ac si Deus ipsem id dixisset, voluisse, fecisset. Aliud ex-
emplum huic non dissimile: & quod eodem planè so-
no definit. Christus dixit Petro: Petre i. Beatisime
Pater Romane Pontifex: Pasce oves meas i. dominare
Clericis & Laicis. Si autem cuiquam hitropi, ceu recen-
tium inuenta sordeant, tunc proferam ex Diuo Anto-
nino, antiquissimā Tropologiam: qua nostri Sanctis
simi infinita potestas, & Maiestas manifestissimē de-
monstratur. Deus omnia subiecisti sub pedibus eius
(Pape) oves & boues vniuersos, insuper & pecora
campi: oves, videlicet, fidelium animas, ad dextram Christi
collocandas. Boues, elatos, Hebraorū iugo literæ legis astri-
tos, & inde vicimandos. Pecora quoque campi. Eth-
nicos & iniquos. Insuper & volucres cœli, viros beatos,
vt adorentur, à cunctis sanctorum Catalogo adscribens Max.
do: Demum pisces maris, hoc est, animas defunctorum
ex aquis pœnalibus per Indulgentias educendo. Obse-
crote, celeberrima doctissimorum virorum corona,
quot in his tribus interpretationibus putatis inesse fi-
guras: quot tropos: quot schemata: Quid vero de
igne dicam Purgatorio, toti terrarum orbi quondam
formidabili: An non ille etiam figuris succensus, &
in hunc usq; diem, tropis, quasi fomentis quibusdam,
conseruatus est: verbi gratia: Esto consentiens. i. sas Matth. 7.
tis fac pro peccatis tuis, aduersario tuo. i. Domino Deo nos-
tro: dum es in via. i. dum adhuc viuis: ne aduersarius
tuus. i. ne Dominus Deus tuus: tradat te Iudici. i. obijciat te
Satanae: & Iudex. i. Diabolus: tortoribus. i. suis socijs:
& mittaris in carcerem. i. & illi te abripiant in Purgato-
rium: & non egrediaris inde. i. & tu illic tam diu excar-

Ioan. 20.

Hæc interpratio
est Alphonsi deca-
stro in lib. aduers.

Hæref.

Antonin. part. 3.

hist. titul. 22. cap.

17. Parag. 1. fol. 188.

Psalm. 8

Magistralissima
tropologia super

Psalm. 8. Verbis,
recitata ab Orato-

re Florentinorum

coram Pio II. Pon.

Max.

Gregorij Magai

haec est interpre-
tatio.

14. *Acta Concil. Nationalis super*

nificeris: donec persolveris extremum quadrantem.
Donec pro omnibus peccatis tuis, etiam minimis, satisficeris. An non intelligitis, optimi viri, quantopere Romana Ecclesia Tropis atque Allegorijs in enarranda Scriptura S. vt vocant, delectetur? Sed multo adhuc plura exempla sunt, vnde Tropologiae Rom. manus stissimè colligi possunt: verum istis omnibus percensendis, ego iam supersedebo, ne in ijs, quæ non sum huius causæ propria, nimis diu immoraturus esse videar. Vnum tamen & alterum Tropologiae exemplum tacitus præterire nullo modo possum: vnde figurata in Ecclesia Romana, loquendi consuetudo opipido cognoscipoterit. Nam vbi Paulus de officio coniugio Episcoporum, sive Ecclesiæ Ministrorum loquitur, ibi mei Romanenses Tropicā expositionem instituunt. Episcopus i. quilibet Religiosus & Clericus. Sit i. habeat: viius vxoris maritus i. vnicū tantummodo beneficium sive Præbendam. Iterum dicit Paulus: Horum Hæreticum i. Lutheranum scolarium: post vnam aut alteram admonitionem i. post inquisitionem Hispanicam, crudelissimè factam: Deuita i. in cinerem rediguntur. Cætera huius formæ allegorica interpretamenta, quæ penè innumerabilia sunt, consulto prætero. Hoc enim, quæ attuli, satis superque demonstrant, in Ecclesia Romana, Tropologicam enarrandi consuetudinem, multis nunc seculis admodum vslitatem, arcu vslu receptam fuisse. Nunc ad institutum venio, breuiter ostensurus, eandem figuratè loquendi & interpretandi rationem, in verbis Cœnæ, à nostra Ecclesia strenue obseruatam fuisse. Nam tres articulos fidei Romana Cathedra, ex verbis institutionis Cœnæ procudit, qui alias nullo Spiritus S. oraculo è tota sacra Scriptura con-

1. Tim. 3.

Tit. 5.

Matth. 26.
 Marc. 14.
 Luc. 22.
 1. Cor. 11.

Controuers. de S. Cœna Domini. 15

ra confirmari vñq̄ potuissent. Eorum primus est de sa-
crificio Missæ. Verbi gratia; Omnes i. vos sacerdotes ini-
tiati & vñeli: Facite i. sacrificare: in mei commemora-
tionem i. pro remissione peccatorū, non tam viuorum, quām
mortuorum. Alter est: de communicatione sub vna spe-
cie tantum, vt vocant; vbi verba Christi sic interpre-
tant̄ Catholici: Omnes i. vos Sacerdotes Missarij: Bibit
te i. Cœna Domini sub vtrac specie atcipite: Ex hoc i. Laicis
dum taxat alterā partem exhibete. Tertius est de absentia
veri corporis & sanguinis Christi, de quo præsens in-
stituta atque susceptra est disputatio. Vbi verbum sub-
stantiu[m] EST, vt vocant Grammatici, idem prorsus
est cum verbo SIGNIFICAT: & corpus idem prorsus
est quod signū. Nam ita interpretantur Catholicī hæc
verba: Hoc i. Hie panis: Est i. significat: corpus meum
i. carnem meam alicubi in cælo seelusam. Sic enim Canon
Iuris Pontificij de hac re loquitur: Sicut caro suo MO-
DO VOCATVR CORPVS CHRISTI, cùm reuera sit
Sacramentum corporis Christi, illius scilicet, quod vis-
sibile, quod palbabile, mortale in crucem positum est,
vocatur q̄ ipsa immolatio carnis, quę Sacerdotis manus
busit, Christi passio, mors, crucifixio, non reiVERIS
TATE, sed SIGNIFICANTE MYSTERIO. Quomo-
do aut̄ Canon iste intelligi debeat, id ex Ioannis Teu-
tonici, aut Bartholomæi Brixienis (quorum hic anno
Christi 1240. temporibus Gregorij ix. ille autem 1250.
Friderico II. Imperatore vixit) glossaria interpretatio-
ne, manifestissime patet. Cuius authoritas eo sanctior
nobis esse debet: quod Pontifices glossam istam au-
thenticam fecerunt: & omnes Canonistæ eandem
pro authentica agnoscunt, acceptantque.

De consecrat.
distinct. 2. Parag.
Hoc est,

Verba

16 Acta Concil. National. super

Deconsecrat. dist.

2. Parag. Hoc ex*

in gloss.

Verba glossæ sunt hæc: Cœleste Sacramentū, quod
ver'e repræsentat carnem Christi, dicitur corpus, sed
impropri'e. Vnde dicit Canon: suo modo, non rei ve
ritate, significante mysterio: Ut sit sensus, vocatu
corpus, Christi corpus, hoc est, SIGNIFICATVR. E

De consecr. dist. 2. in alio loco: portione, hoc est, specie panis, quæ tantum
Parag. Comperi- sacram corpus SIGNIFICAT. A' calice, hoc est, à spe
mus in glo. Ibid. dist. 4. Parag. Nulli. cie vinj, quod SIGNIFICAT sacram sanguinem. E
De consecr. dist. 2. iterum: Quia morte Domini liberati sumus, huius
Parag. Quia mor
te. rei memores in edendo & potando carnem & san
guinem, quæ pro nobis oblata sunt, SIGNIFICAMVS.

Qui obsecro, clarius, apertius, dilucidius, ac perspe
ctius verbum EST, per verbum SIGNIFICAT expre
ni, aut declarari potuisset: Verum enim uero, fan
sum Christi verborum plane eundem esse cum Ca
none & eiusdem glossemate, etiam symboli Apoliti
lici articulus probat: quo credimus & confitemur,
ipsum ad cœlos ascendisse; ibique ad dextram Dei Pa
tris omnipotentis residere. Ideo enim Christus ascen
dit, quod corpore suo inter mortales versari amplius
noluit. Certo item loco cœli residet, à quo ante no
uissimum diem non recedet. Hinc illa Iuris Pontifici

De consecr. dist. 2.

Parag. Prima.

cij verba promanarunt in Canone: Sciens autem le
sus, ait: hoc vos scandalizat, quia dixi, do vobis ca
nem meam manducare, & sanguinem meum bibere
Si ergo videritis, ascendentem filium hominis, vi
prius erat. Quid est hoc? Hic soluit, quod illos ma
uerat, hic aperuit, vnde fuerant scandalizati, hic pla
nè si inteligerent. Illi putabant se erogaturum corpus
suum, ille dixit se ascensurum in cœlum, vtique in
gram. Cum videritis filium hominis ascendentem

Controuers. de S. Cœna Domini. 17

vbi erat prius, certe vel tum videbitis: quia non eo modo
do, quo vos putatis, erogat corpus suum, vel tunc in
telligetis, quia gratia eius morsibus non consumitur. Item:
Donec seculum finiatur, SV RSV M Dominus est: sed Augst. Psalm. 4.
tamen hic nobiscum est veritas Domini. Corpus enim, De consecr. dist. 2.
in quo resurrexit, in uno loco debet esse: veritas autem Parag. Prima.
tem eius ubique diffusa est. Diligenter obseruari debet, Mag. sententia-
quod in hoc Canone Romana Ecclesia ex articulo
lo fidei, de sessione Christi ad dexteram Dei, aut in loco superno, absentiam Christi a sua Coena demonstra-
re voluit. Est enim hic Canon ex Augustino petitus: Augustin. Tract.
qui alibi in hanc sententiam scriptum reliquit: cor. 30. in Pan.
pus Domini, in quo resurrexit Christus, in uno loco
esse potest. Sed quorum opus erat (ut hoc etiam obis-
ter attingamus) sanctissimi viri verba peruertere: &
Iuri Canonico verbum DEBET pro verbo POTEST,
inserere: Certe nisi Romana Ecclesia & ipsa credidisset,
& alios credere voluisset, Christum a sua Coena
longissime abesse, & certo quodam coeli loco circumscriptum hærere: nunquam Canonistæ, verba Augu-
sti in hunc sensum detorsissent. Si alia subsit senten-
tia, quæ tandem haec iniuria erit: Patrum dicta aliter,
quam ipsi senserunt atque scripserunt, intelligenda
producere: Misi hoc non est allegare, sed depraua-
re: non docere, sed seducere. At nemini obscurum es-
se, neq; a quoquam negari potest aut debet, quod Ro-
mana Ecclesia inde ab initio Missificationis suæ, ad
haec usque tempora nunquam statuerit, Christi corpus
in sua Coena præsto esse: cum omnibus in locis, ubi
cunque Missa celebratur, haec verba ad poculum pro De consecrat. dist.
ferantur: Sursum corda habemus ad Dominum: vt 2. Parag. Quando.

C etiam

18 *Acta Concil. National. super*

etiam in Canone citantur. Quibus verbis Romanenses mei populum commonefaciunt, ut animos suos a pane & vino, Symbolis nudis & Elementis terrenis sursum ad Christum, in cœlis habitantem, & certo loco agglutinatum attollant. Hanc enim eius Canonis esse sententiā, puer quadratus intelligere possit. Nam quæ ista fraus sit? quæ impostura? aut quæ amentia? quæ Diabolica cœxit? Christum in cœlis querent, & illō corda attollere, si ipse suo corpore in sua Cœna adsit? Si autem credunt Iesuitæ Pseudocatholici, omnino ita adesse Christum: quid obstat, quod minus duos illi Christos, more Nestorij faciant, & alterum in cœlo collocent, alterum in Cœna imaginentur? Sed quod Ecclesia Romana nunquam in hac sententia fuerit, ut Christum suo corpore præsentem in Cœna credere. Canon Missæ satis euidenter ostendit, cuius verba sequentia omnes Sacerdotes quotidie demurmurant:

„Offerimus præclaræ Majestati tui, de tuis donis ac
 „datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immunitam,
 „culatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem fæcilius
 „luti perpetuæ, supra quæ propitio ac sereno vultu respi-
 „spicere digneris, & accepta habere: & sicut accepta ha-
 „bere dignatus es munera pueri tui, Iusti Abel, & sacri-
 „ficium Patriarchæ nostri Abraham, & quod tibi obu-
 „lit summus sacerdos Melchisedech, &c. At quis Ec-
 „clesiæ Romanae filius Catholicus (testor omnes vos,
 „quotquot adeatis) credat aut dicat, oues Abeli, filium
 „aut arietem Abrahæ, commeatum Melchisedechi, qui
 „fessis militibus fuit appositus, Christi corpus fuisse,
 „cum illo tempore Christus nondum homo esset factus, neq; dum mater ipsius procreata fuisset? Et quid
 „verbis

Controuers. de S. Cœna Domini. 19

Verbis opus est? Si Sacerdos (vt idem refert Canon) post consecrationem rogit Deum Patrem, vt Christum (quem ipse in pane & vino consecrato corpora liter præsentem se habere opinatur) ministerio Angeli ad faciem Patris transportet hostiam magni altaris: quomodo obsero, Christus adsit, qui magica præstatione, in cœlum remittitur, & Thessalica quadam incantatione ibidem ligatur? quid miserrimo Sacerdoti preter panem & vinum in suo sacrificio relinquitur? Et quis ex his a me commemoratis non intelligit, corpus Christi a sua Cœna longissimè abesse: neq; ibi quærendum, multò minus sumendum, bibendum, manducandum? Igitur eneruata, et ex Iure Canonicore rejecta, atque explosa Christi verborum sententia, quæ nos accipere, edere, bibere iubet, alia quærenda est interpretatione: quæ nos de spiritali cibo & potu, de spiritali manducatione, de spiritali potatione eruditat. Hæc autem ex Rubrica & Canone sequentibus aperte possunt intelligi. Nam primum Rubrica in hunc modum loquitur: Verba Domini, quæ de manducatione corporis loquuntur, spiritualiter intelligenda. Canon autem ita sonat: Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis: & bibituri illum sanguinem, quo me crucifigunt. Saec^{ee} cramentum vobis aliquod commendavi: SPIRITVS^{ee} LITER intelle^{ee}ctum, vos viuiscat: Caro non prodest quicquam. Et iterum: Hoc est manducare panem viuum, quod credere in Christum, hoc est, amando tenere in ipsum. Et in alio Canone: Quid paras dentes & ventrem, crede & manducasti. Credere enim in eum, hoc est, panem viuum manducare: qui credit, manducat,

De consecr. dist. 2.
Parag. Prima,

De penitent. dist.
2 Parag. charitas.

C 2 Quid^{ee}

20 Acta Concil. National. super

Quid evidentius & clarius de spiritali manducatione , contra corporalem dici aut scribi potuisse , quam hoc ipsum ? Quod verò Sacramentarij dicunt , & docent , impios & fide orbatos non fieri participes corporis & sanguinis Christi : planè idem dicunt , quod nos Romanæ Ecclesiæ legati principes , credimus & docemus . Nam ut paucissimis nos expediamus , simpliciter negamus eos , qui fidearent , corpus & sanguinem Christi in Cœna accipere , quemadmodum hoc ex Iu-

De consecrat. dist. re Pontificio perspicue videare est . Qui discordat , (dicit Canon quispiam) à Christo , non manducat carnem eius , nec bibit sanguinem : etiam si tantæ rei Sacramentum ad iudicium suæ perditionis quotidie accipiat . Quid vultis amplius ? Reos , ni fallor , habent

Distinct. 19. Parag. 5. Romanorum. consitentes . Atq; hæc non credere piaculum est . Nam Iuris Canonici hæc est sapientia : omnia constituta sedis Apostolicæ ita custodiri mandantur , vt si quis in illa commiserit , nouerit sibi veniam denegari . At vero nouum non est , neque vobis , qui in hoc Concilio ade stis nouum videri debet , quod in Ecclesia Romana , de præsentia corporis & sanguinis Christi , in Cœna , de manducatione spiritali , de esu impiorum , ita v. audiuitis , nos hodie sentimus , loquimur & docemus . Vetus est hæc in Ecclesia Romana controuersia , vetus de hac quæstione disceptatio , vetus dubitatio . Nam ante quingentos annos de præsentia corporis &

Alfonsum de Castro , lib. aduer. hære. sanguinis Christi in Cœna controuersum , qualitatem & dubitatum fuit . Cur enim tres Pontifices tria Concilia propter doctrinam Berengarij de Cœna Domini nisi instituissent : Leo IX. Vercellis , Victor II. Turo , Nicolaus II. Romæ : si Berengarius , & qui eum sequens

Prætolus lib. 2.
cap. 2. Catal. Hær.

sequebantur, easdem quæstiones non tractassent, quæ
hodie à Sacramentarijs propugnantur? An vos puta-
tis vnicum hominem, & Ecclesiæ Diaconum, sine tot
Concilijs domari & compesci non potuisse: nisi mul-
tos ille summos & præstantissimos viros, sui erroris
socios habuisset? Utinam profecto, utinam illius Con-
cilij acta omnibus in promptu essent. Nam mihi du-
biū non est, quin ex illo libro cunctis mortalibus
facile posset innoscere, quæ tum rerum facies in Gal-
lia atq; Italia, qui Religionis status, quæ controuersia-
rum ratio, qui modus fuerit. Etenim Berengarius suas
partes ita tutatus est, vt Gregorius 7. qui in Concilio
Turonensi Victoris II. vices gessit, cum esset Ecclesie
Romanae Cardinalis Presbyter, & Præses illius
Concilij, in Synodo Berengarij dogma imbibenter,
Atq; hic Gregorius, quamprimum ad Pontificatum
pertuerit, commune & vniuersale indixit ieiunium,
serio hoc mandato, vt omnes & singuli mortales assi-
duis precibus Deum compellarent, vt is miraculose
reuelaret, an Berengarius cum suo consortio, recte de
Cœna Domini sentiret, an vero securus. Cum autem
hac via non succederet, alia sibi sanctissimus & beas-
tissimus Pater aggrediendum censuit: qua nimirum
veritatem explorare posset. Itaq; hostiam, vt vocant,
consecratam, in ignem proiecit. Sic enim rationes a-
pud se diuinissimus ille Gregorius subducebat: si igne
consumeretur hostia, tum nullam Christi carnem aut
sanguinem in Cœna affore: sin adeisset in Cœna, fieri
non posse, quin Christus flammis afflictus, pedes ad
se traheret. Sed quia ignis deuorabat hostiam, ideo ip-
se Berengarij doctrinam approbabat, & eundem cum.

Beno Cardinalis
in vita Hildebrand.

Vide Catal. Test.
verit. fol. 224.

22 Acta Concil. National. super

Illo errorem defendebat: sicut huius rei triginta Episcopi, qui Synodo Brixensi interfuerunt, luculentum perhibent testimonium. Sed quid prohibet, quoniam nus illud de Gregorio VII. (qui antea Hildebrandus vocabatur) testimonium producamus: cum authore Simoneta, & alijs quibusdam Historicis, hic Pontifex magna in Ecclesiam Romanam beneficia contulerit: & miraculis quoque claruerit. Ita ergo Brixenses Episcopi loquuntur. Nos authore Deo congregati in vicenum: legatis ac literis freti decem & nouem Episcoporum congregatorum, contra Hildebrandum præcaciissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem: per iuria & homicidia defendantem: Catholicam & Apostolicam fidem de corpore & sanguine Domini in quaestione ponentem: Hæretici Berengarij antagonum discipulum: diuinationum & somniorum cultorem, manifestum necromanticum, Pythonico spiritu laborantem, &c. Nam huiusmodi propugnatoria bus, qualis hic Gregorius (olim Hildebrandus dictus) fuit, noster de Cœna Domini articulus omnino indigebat.

Nec verò dubium mihi est, quin beatissimus ille Pontifex, sui erroris socios, ex omni Cardinalium ac Episcoporum cœtu, viros, ea ætate præstantissimos, habuerit. Nam obsecro, quibus artibus alias suum illum Papatum obtainere, & de Christi præsentia in Cœna talia pericula, qualia diximus, facere potuisset: In facta sunt paulo post tempora, quibus haec de præsencia Christi in Cœna dubitatio admodum frequens, familiaris & peruvulgata fuit. Cæsarius, qui, ut ex ipsius lucubrationibus cognoscitur, anno Christi 1200. visit

Simoneta lib. 5.
Com. histo. Pontif.

Vrspergensis
Chron. sub anno
1080. fol. 224.

Controuers. de S. Cœna Domini. 23

& scripsit, multorum exempla connumerat: in quibus nostri Catholici, suam de hac quæstione hæsitationem & fluctuationem aperte confitentur. Erat ille temporibus Sacerdos quidam Colonensis apud S. Andream, qui liberè hæc proferebat: Ego semper putabam, speciem panis & vini post consecrationem tantum esse Sacramentum, hoc est, signum & representationem corporis & sanguinis Christi. Idem hic author libro 9. cap. 55. huius incredulitatis rationem non inconcinnam, & supra modum probabilem assert: Si enim (inquit) mali Sacerdotes Christi corpus in altari crederent, tam flagitiosa non præsumerent. Eodem lib. 1. cap. 3. Cum Sacerdos quidam ex alio auderet, B. Virginem cum filio, quem in sinu fouisset, in consecrata hostia cuidam apparuisse: subiicit ille: Cur mihi meic⁹ similibus, qui sapient de hoc Sacramento dubitamus, Deus huiusmodi visiones non reuelat? Non autem tantum Germani, sed & Itali & Hispani istiusmodi dubitationum exempla commemo-
rant: vt, Eborensis & Leander. Quid, quod etiam ignominijs & contumelij, à coetu Sacerdotum ijsdem temporibus hoc Sacramentum varie affectum fuit? Nam hic, quem modo citavi, diligens scriptor Cæsarius, loco prius allegato, multa exempla eorum recitat, qui hostiam in luto prouoluerint, pedibus contulerint, & alijs iniurijs affecerint. Qua de causa in Frisiorum agro, ultra centena millia hominum, non mitius perierunt, quam hodie nostri in hoc articulo consortes, & Berengarij posteri, Sacramentarij in Gallia & Belgio occumbunt: quoties à milite extraneo miserrime contrucidantur.

Quod

Cæsar dist. 2. cap.

10. Dial.

Idem distin. 9. cap.

3. 5. 17. 18. 19. 20. 21.

22. 52. 53. 54.

Ambrosius Eboren-
sis Lusitanus
lib. 2. Exempl. me-
morabil fol. 953.
Leander Albert, in
descript Ital. fol.

104.

Cæsar. Dist. 7. ca. 3.

24 Acta Concil. National. super

Quod si abusus huius Sacramenti, quem in Ecclesia Romana multifarie commissum fuisse, negantur non potest, ex amissim perpendatur, & apud animos nostros prob'e examinetur: quem obsecro, nobis persuadere patiemur, nostros Catholicos Rom. exceptis paucissimis, de praesentia corporis Christi in Coenam ynquam quicquam certi statuisse? Nam quis credit, in magno eos honore Coenam habuisse, qui ea ad beneficia & latrocinia abutebantur? Anno siquidem Domini 1313. Monachus quidam, instinctu Beatissimi Pontificis, fortissimum ac sapientissimum Imperatorem Henricum VII. Bonconuenti, veneno infecta hostia, sustulit. Anno Domini 1509. quatuor Dominicani Bernates, similiter venenata Eucharistia fratrem Laicum e medio tollere aggressi sunt. Victoriterio venenum in sacro calice oblatum est. Quid de illis dicemus, qui pro defunctis Missas celebrabant, viventes interficerent? Horrendum dictu, sed verum: atque hoc tam vulgare fuit, ut in Concilio Toletano Canonis.

Simonetta lib. 6. de persecu. Ecclesiæ in vita Clemens V.

Ioannes Trithemius in Chroa. Hirsaug.

Jacobus Mayerus lib. II. Annal. Flansdrig.

Volaterr lib. 23.

Anthropol.

Fascicul. temp. 22. tatt. 6.

Balaus Cent. 4. ca. 44. 82. append.

Stumpf. hist. Helvet. lib. 13. cap. 35

Platina in Victo. III 26. q. 6 parag. Qui tres id sub poena grauissima prohiberent. Canon sic

habet: Plerique Sacerdotum sauciati inimicitiae odio, Missam pro requie defunctorum promulgatam, falsi voti pro viuis student celebrare hominibus, viis, pro quo ipsum offertur Sacrificium, mortis incurrit periculum. Proinde nostræ elegit vnanimitatis conuentus, ut si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse Sacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia persegunda incitasse perpenditur, exilijs perpetui ergastulo relegentur. Neminem tam amentem esse arbitror, qui existimet, aliquem inter hos fuisse, qui vivificam car-

nem,

nem & sanguinem Christi in altari adesse, crediderit.
Christus vitæ Diabolus autor mortis est. Potius ergo
Sathanam, quām Dei filium præsentem coluerunt.
Propriam infamiam non allego, sed veritatem dico, vt
cuncti intelligant, quid pleriq; ex Maioribus nostris,
de Christi præsentia statuerint.

Et quis omnia exempla, quæ in historijs passim ocurrunt, hic percenseat. Nam fuerunt ex Roma: Catholice homines, qui Cæsario teste, & de hoc quasi vñanimi facinore grauter conquerente, etiam ad preſtigias et incantationes magicas, hoc Sacramento abusentur. Petrus Sermonetanus Italus, ex Minorum Ordine, temporibus Innocentij Octavi, consecratam Eucharistiam asino deglutiendam dedit: sicut refert Fulgosus: ut Diabolum sibi beneuolum et prouum in arte Magica retineret. Consimile exemplum Pontanus recitat: quod anno Domini 1462. (quo Neapolis obfessa fuit, magna aquæ penuria Oppidanos vexauit) Sacerdotes asino consecratam hostiam exhibuerint. Verba eius sunt haec. Sacerdotes quidam imbræ ciere volentes, asino præ ædis sacræ foribus constituto, tanquam animam agenti, cecinere funestum carmen: post diuinam Eucharistia in illius os palatumque injecta, conclamatum: asinum funereis cantibus, viuum tandem pro templi foribus humauere. Quo facto repente imber horribilis ingruit: & seuiissima tempestas subito coorta est. Refert alio in loco Cæsarius, quod ante quingentos annos, Sacerdotes quidam formidas, quarum in amore compotes fieri non poterant, dicta Missa, hostiam consecratam in ore tenuerint: sperantes (refero verba illius) si sic illas deoscularentur,

D tur,

Cæsar distin. 9.
Cap. 9.

B. Fulgosus lib. 9.
cap. II. dict. ac fact.
memorab.

Ioannes Iouianus
Pontanus lib. 5. de
Ferdin. Rege Neapolitan.

Cæsar dist. 9.
cap. 9.

26 Acta Concil. National. super

Idem cap. 9. dist.
eiusdem.
Ibid lib 9. cap. 9.

Ditmarus Episc.
Merseburgius lib.
3. Chron. fol. 24.

tur, quod vi Sacramenti voluntas foemine ad Sacerdotis libitus inclinaretur. Idem scribit, quod nonnulli parentem istum in aluearia deposuerint: ut maiori cum seneore mellificarent apes. Idem scribit, quod nonnulli minutatim concisas hostias oleribus, quae erucis infestabantur, asperserint: & luem ita abegerint. Temporibus Otonis II. ante annos fermè sexcentos, Gero Archiepiscopus Agrippinus, in sui memoriam lignæ crucifixi Christi imaginem erigi fecit: quæ cum sculpitoris inscitia, fissura in fronte deformata esset: condilens sanctus vir Gero suo Christo, accepit hostiam, vocant, consecratam, illamq; in timam pro pastillo indicit, atque hoc modo vulnus curauit. Putas Archiepiscopalem hunc credidisse Christum in hostia præsentem? Non opinor. Nam quæ alioquin fuisse vesania, viuentem Christū in fissurā mortui & inanimati Christi immittere, vt ibidem computresceret: aut teredinibus corroderetur? O sanctum & preclarum medicum Germanem. Sed quis omnia, quæ penè innumerabilia sunt, verbis atque oratione consecletur? Pauca hæc è multis ideo nos in medium attulimus, vt vos, qui adestis de toto hoc negocio diligentius & meditatus apud vosmet cogitetis.

Supereft vnum adhuc, quod me valde mouet, vt neutiquam credam, Catholicos Rom. vñquam statuisse, aliquam Christi in Cœna sua præsentiam. Nam si hoc certo atque indubitate credidissent, nullis praetigijs, nullis fraudibus, nullis imposturis, ad præsentiam corporis & sanguinis Christi probandam, vñli fuisse. Quid enim opus erat, vt auari Sacerdotes rubiginem in manubrio Crystallino, pro sanguine Christi, Cras couia

couiae in Polonia adorandam prostituerent? sicut de ista re Ioannes Vinschelburgensis, Theologiae Doctor, qui anno 1400. in Boioaria vixit, in libro de auas torum Sacerdotum fallacijs refert. Quid opus erat, ut Sacerdos quidam Bohemicus suo sanguine hostiam cruentaret, ad demonstrandam sanguinis Christi in Cœna præsentiam? Quid opus erat illo fictitio sanguine, qui Velsenaci in Saxonia ad cultum prostas bat? Nam si Laicis & plebeis hominibus persuasum erat, Christi sanguinem in Cœna vere adesse: procul dubio illis præstigijs atque imposturis nemo hominum fidem habuisset. Quid? quod historiæ, & literarum monumenta apertissimè testantur, milites in castris, loco panis consecrati, terra vel gleba vlos fuisse? Nam Henricus Angliae Rex, in eo bello, quod aduersus Gallie regem gessit, nactus idoneam occasionem adorandi hostem, ad suos milites dixit: Confites Aeneas Sylvius lib. 3. Com. in Pa. mini alteri alteri sua peccata, pauxillumq[ue] terræ, ob me moriam Eucharistia Saluatoris, alter alteri porrigit. nor.

Quibus verbis dictis, signa in hostem mouit: & octo Anton. Bonfi. lib. millibus suorum, sexcenta millia hostium, in acie cedit. Admodum simile facinus admisit Stephanus Batorius, supremus Transylvaniæ Gubernator, qui 6. Deca. 4. Rerum Vng. cum Turcis facturus, terram prius mysticam pro Eu charistia suis militibus exhibuit. Quod si in Cœna aliquam Catholici isti, pro certo statuissent, corporis & sanguinis Christi esse præsentiam, nunquam ipsi ter ram mysticā, pro consecrata hostia deuorassent; nunquam profanum militem, pro initiato Sacerdote adbibuissent.

28 Acta Concil. National. super

Quid multis: Si nos Catholicī Romani Christum
in Cœna præsentem credamus, tum animæ iacturam,
& fidei naufragium fecimus, omnemq; salutem peni-
tus amisimus. Nam si verum est, quod Christus in
Cœna præst̄o sit, vt verba Testamenti volunt: præsto
erit et iam in Ecclesia: præst̄o erit apud omnes credi-
los & pios homines. Dixit enim: Ego ero vobisūm
vscq; ad consummationem seculi. Dixit: Ego non re-
linquam vos orphanos. Dixit: Vbi duo aut tres in no-
mine meo congregati fuerint, ibi ero in medio illo-
rum. Dixit deniq;: Si quis sermonem meum audire-
rit & conseruauerit, ad eum ego & Pater meus ve-
niemus, & apud eum sedem & domicilium nostrum
constituemus. Quod si vera sunt, quæ Christus dixit:
quorū opus est Vicario? quorū opus tot Patronis,
tot Mediatoribus, tot Intercessoribus? Absit, ut
Romani Pontificis autoritatem, præsentia Christi, si-
ue in Cœna, siue alibi, post habeamus. Nam potius
Christum suo corpore à Cœna dicemus abesse, quam
Pontificem nostrum Christi vices gerere abnege-
mus. Amicus Christus, amici Apostoli, sed magis as-
mica Romana Ecclesia. Quid multis: notum est tot
terrarum orbis, quod noui Berengariani ad demoni-
strandum dogma suum, ex Iure Canonico sententias
proferant: neq; tamen à Catholicis refutentur. Quin
potius Iesuitæ iam haud obscure cum Berengarianis
colludunt. Cui enim ignotum est, quod cùm superiori-
bus annis Theologi in schola Tübingensi, crebrius
& acutius disputando, Maiestatem Iesu Christi ad dex-
trum omnipotentis Dei sedentis, propugnarent ac il-
lustrarent: quod tum nos Iesuitæ Ingolstadienses, 2^o
grē

Matth. 28.
Ioan. 14.
Matth. 15.

Ioan. 14.

Controuersi de S. Cœna Domini. 29

grē ferentes, Maiestati filij Dei & Mariæ nimium tr̄bui, tales theses proposuerimus & euulgauerimus, quibus non tantum Tübingenses confutati sunt: sed simul etiam clanculariū Caluinistæ Saxonici, miris fice confirmati: ita ut Vuirtembergici Iesuiticas theses non modo typis denuo excudi, sed Rectoris quoque Academiæ Magnifico encomio ornari, & Studiosis solicite commendari curauerint. Quid quæso opus erat, ut Iesuitæ Ingolstadienses se Tübingensibus tanto conatu opponerent: & Vuitebergenles in hoc articulo de Maiestate Christi, qui est firmissimum fundamentum præsentia Christi in symbolis Cœnæ Iesuitis subscriberent, si non idem sentiant? Adamantius hoc argumentum est, quo docemur, & Iesuitas rei Romanæ labentis columnas: & Caluinistas mutuas tradere operas, ad opprimendam & obscurandam illam ubiquitariam Christi Maiestatem. Hac enim sublata, obscurataq; omnes iam negent præsentiam Christi in symbolis Cœnæ, quæ certe una Christi Maiestate nititur, & salua consistit.

Nihil autem moramur paucos quosdam Pseudoromanos, & Semicatholicos, qui impudenter & audacter affirmare audent: hæc omnia, quæ hactenus à nobis dicta & confirmata sunt, meras esse calumnias, meras nugas, meras iniurias. Dicunt enim omnibus constare, & liquido patere, quod in utroq; Concilio nouissime habito: Constantiensi puta & Tridentino, error Berengarij & Vuiclefii damnatus sit. Dicunt, si Iuris Canonici pagella vertatur, facile contrarios superioribus Canones, & diuersam à nostra sententiam animaduersum iri. Dicunt omnes eos, quos

D 3 pro

30 Acta Concil. National. super

pro nobis adduximus Canones, glossaria & commen-
da quadam interpretatione adhibita, corrigi, emenda-
ri, & mitigari posse. Quod igitur vtracq; Concilia, quæ
nominauimus, sententiam nostram Orthodoxam &
Catholicam damnarint, factum quidem confitemur.
sed, quare id factum sit, iam non solicite inquitimus,
sicut nec de bellis, igni & ferro, quibus Sacra menta-
rios fratres nostros, in Gallia & Belgio persequimur,
ratione m nunc cuicquam reddere volumus. Hoc ta-
men dicimus, quod nos à Iure Canonico, ne latum
quidem vnguem recessuris simus. Quod enim postre-
mum duo Concilia, cæteris aduersa fronte repugnant,
nihil nos mouet. Nam Regula & forma, quam seque-
mur, in promptu est. Sanctio enim Iuris Canonici
præcipit, ut quotiescumque in gestis Conciliorum di-
scors sententia inuenitur, illius Concilij sententia, cu-
ius antiquior & potior authoritas, magis teneatur.
Sed quis est à sensu & intellectu tam alienus, qui
Claromontanum Concilium, in quo Iuris Pontificis
authoritas, & opinionis nostræ veritas confirmatur,
hisce postremis duobus non anteponendum cense-
at? Quis à duobus Concilijs nouissimis eos serio dan-
nari existimet: qui Canonum pro nobis citatorum re-
pertores, authores & perfectores fuerunt? Et vt ma-
xime posteriora fulmina haud bruta esse volunt,
quem quæsto feriunt, præter suos summos Pontifices,
Sanctissimos suos Patres, Beatissimos suos Concilios
rum Praesides, illorum decreta, & Concilia, & Rom-
Ecclesiam? Haud vero opinor ex Catholicis Roma-
niis quemquam fore adeo imprudentem, vt Claro-
montana acta rescindenda existimet. Sin autem hos
quispiam

Distinct. 50. Parag.
Domino sancto
24. q. 1. Parag. Ma-
iores.

Controvers. de S. Cœna Domini. 31

quispiam præsumat, facile Romana Ecclesia sibi eani potestatem arrogabit: ut ex veritate mendacium, & ex mendacio veritatem faciat. Si enim vera fuit, in Synodo Claromontana, nostra, quam in medium at- tulimus, sententia: & tamen in Constantina & Tri- dentina Hæreseos serio damnetur: minimè, ita me Ies- sus amet, mirandum erit, si simplicissimi quicq; homi- nes dicant: Roman. Ecclesiam ex veritate mendaci- um, ex luce tenebras, ex Christo Belial, ex Deo denie- que Diabolum, & contrā posse facere. Vel certè cum Chremete illo Terentiano, aduersus Concilia & Pa- tres exclamandum:

*Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini
Inepti vestra puerili sententia?*

Nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape:

*Quod dictum, indicium est: quod modò erat ratum, irri-
tum est.*

Terent. in Phorm.
Act 5, Sc. 8.

Veritas sibijspi semper est conformis: necq; ullis glossematis, aut verborum pigmentis opus habet. Quare, si qui erunt, qui Canones à nobis adductos phalerato sermonis genere, aut procul accessito. Orationis fuso, eludere voluerint: illis Canonistarum regulâ opponemus: que dicit: Verba obscurè loquen- tis, cum potuerit clarius loqui, interpretanda esse con- tra ipsum. Itaq; nullum hic glossarium admittimus ef- fugium, nullum pigmentum, nullas strophas, nulla verborum lenocinia: sed simpliciter Pseudocatholicos admonitos esse volumus, vt si omnino à nostra opinione dissideant, saltem ipsi Lutheranorum more, verbis Christi Testatoris toti inhareant: necq; ab ilis recedant: necq; Testamentum illud tropis & Schema- tibus

32 Acta Concil. National. super

Luc. 19.

tibus euertant, neç per Iesuitas Omnipotentiam & Omnipræsentiam, (quam alioquin B. Mariæ & alii Sanctis concedunt) tam sacrilegè oppugnant, ne nos Rom. Catholici omnes audiamus olim: Ex ore tuo te iudicabo, serue nequam. Verum obijcat fortasse hoc aliquis, quod cum Sacramentariorum opinione pugnet Catholicorum transubstantiatio. Dicunt enim Catholici, Panem & vinum in Coena Domini, adeo transformari in Corpus & Sanguinem, ut panis iam non sit panis: Vinum, iam non sit vinum: sed in speciebus, ut vocant, & rebus Elementarijs prout abolitis, ipsissimus adsit Christus: ipsissimum Christum Corpus: ipsissimus Christi Sanguis. Qua de causa tiam in tremendo Missæ mysterio, quod in cruentum esse dicunt, hæc ambo Ecclesiæ adoranda illi proficiunt. Vnde & factum est, quod in ædicula, siue Sacra-rio, hostiam non aliter asseruant, ac si ipsem Christus Dei filius ibi inhabet. Vnde factum est: quod festum illud corporis Chroſſci, (corporis Christi voluntate) sanxerunt: in quo Sacramenti huius species pompa quadam Persica, à Sacerdote, magna cum veneratione, circumfertur. Quare non immerito cogitare quis posset, Catholicorum Roman. sententiam, & Sacramentariorum opinione, multis parasangis diligere. Sed idem illis, qui hæc dicunt, respondeo: quod Conciliorum nouissimorum Patronis, & assertori- bus, iam ante à me responsum est. Nam si Catholici sunt, qui in Canone Iuris Pontificij dicunt: Corpus Christi, quod sumitur de altari, figuram esse: dum panis & vinum videtur extra, veritas autem, dum Corpus & Sanguis Christi in veritate interius credi-

Difinit. 2. de
Consec. C. corpus
Christi.

Controuersi. de S. Cœna Domini. 33

tur. Si, inquam, Catholici sunt, qui hæc dicunt, & si
verum est, quod ibidem glossa ordinaria dicit, per cor-
pus Christi, Sacrificium corporis Christi intelligentia-
dum: Pseudocatholici erunt, qui non Panem conse-
cram, sed Christum ipsum a circumstantibus ados-
rati, & iubent & credunt: Pseudocatholici erunt, qui
impanatum Christum, in Sacrario, tanquam Stoicum
Deum, aut Tyrium quendam Apollinem, cancellis
deuincient: Pseudocatholici erunt, qui figuram cor-
poris, pro ipso corpore, festis diebus anniuersarijs, tan-
quam mithram, ritu Persico, circumferunt. Dicant il-
liforse iterum: quod versa pagelle facie sententia con-
tineatur diuersa, & huic Canonii contraria, in qua
transformatio illa Ouidiana aperte confirmetur & sta-
biliatur. At ego miror profecto, quæ ista tandem sit
incogitantia, quod Romani quidam Catholicii, non re-
formidant dicere, versis pagellis sententias extare con-
trarias. Quid hoc rei est? quæ ista diuersitas? quæ
sententiarum contrarietas? Obsercro vos, Patres con-
scripti, quale putatis hoc esse Concilium, qualem Ec-
clesiam, qualem spiritum: qui ex eodem ore calidum
& frigidum efflet: qui eadem pagella verum & falsum
scribat: & nihilominus affirmet, Ius esse Canoniz-
cum: ex cuius præscripto, omnes controuersiæ sint di-
timendæ, omnes lites componendæ, omnes articuli
fidei & Religionis roborandi: nisi nos animæ nostræ
salutem amittere velimus. O Concilia, o Patres, o
Pontifices, o Ecclesia, o Spiritus. Spiritus certe san-
ctus, haudquaque ita bilinguis est: sed Deus est, qui
non mutatur: fons est, à quo omnis veritas promanat:
Lux est, quæ verbo Dei, tanquam lucerna pedum,

Malach. 3.
Psalms. 118.

E

anis

34 *Acta Concil. National. super*

animos hominum illuminat: malus vero Spiritus veritatem mendacio, sacrum prophano, coelum terra, ima superis, supera iuris permiscet. Quapropter si qui sunt ex Pseudocatholicis, qui dicunt, in una eadem pagina Iuris Canonici, diuersas & a se inuicem disidentes esse opiniones, hi sciant, horrendam sibi a diuino Numine sententiam esse expectandam: ut, cum vocem Domini audire noluerint, in sensum reprobum dentur: & in errores efficaces perducantur: & noctuarum instar in ipsa meridiana luce nihil videant. Sin vero aliqui ex illorum grege sunt, qui adhuc a nobis dissentient: eos hic etiam atque etiam monitos vobis illumus, ut Deo honorem habeant: & palam fateantur. Eugenii Pontificem cum toto Claromontensi Concilio errasse: Canonistas multis iam seculis caceutiisse; innumerabilem hominum turbam ab illis nequiter esse seductam: Ius Canonicum, vna cum Millatice Canone, aut corrigendū, aut abolendum, aut excludendum: tropos in scriptis apertissimis aut fugiendas, aut verbis Christi clarioribus acquiescendum. Tum deum nos utriusque Concilij nouissimi Decreta, qua ab hac opinione nostra dissentient, omni laude effemerimus, omni studio complectemur, omni veneratione prosequemur. At vero si Ius Canonicum Pseudocatholicī incorrectum, inemendatum & dubium, plexumque relinquant: nos de illis hunc Niceni Concilij Canonem pronunciabimus: Dubius in fide, in fidelis est: & nostram interim sententiam firmiter nos retinebimus: alioſ tamē, si fortius meliora afferant, prius audituri.

*Deut. 28.
2. Thess. 2.*

*Decretal. lib. 5. tit.
7. cap. 1.*

ORA

ORATIO RAB.
BINI.

HE CUM Iesuita omnium Legatorum Pontificie nomine prolixè in Concione dixisset, & finem iam Orationi imposuisset: Rabbinus quidā Iudeorum cum suis Cabalisticis & Thalmudistis ad dicendum venit. Is quamquam senecto vultu, et caperata fronte tristitiam praeseferbat: tamen Iesuita verbis, qua ille de persona Christi fecerat, non parum confirmatus, fronte exorrecta sic inquit,

Vod Deus Opt. Max. cœli ac terræ conditor, nobis, Patriarcharum posteris, electo suo populo, bene vertat: lætamur ex animo, quod negocium de Cœna Iesu illius Nazareni, eo perductum sit, ut cum Religione & fide Maiorum nostrorum, per omnia conueniat. Nam cum ea perpendiculariter, quæ a summo viro. F. IESVITA, dicta & disputata sunt, facile cognoscimus, Christianos ab aucta nostra Religione, & Maiorum nostrorum sententijs nihil prorsus dissentire. Quis enim est a libris Evangelicis adeo alienus, ut nesciat: Patres nostros omnium primos fuisse, qui verbis Nazareni de mandatione carnis, & potatione sanguinis fidem non dederint, ipsumque propter hoc doctrinæ absentiam, & inconcinnum genus prorsus dereliquerint? Resert Ioannes ille, quem in sinu Domini sui accubuisse fama est, quod Iesus prolixam aliquando concionem in Schola Capernaitarum habuerit: in qua expresse dixerit: se corpus & sanguinem suum, Ioan. 6.

36 Acta Concil. National.super

alij pro cibo ac potu exhibitorum esse: sed tamen Maiores nostros illi obmurmurasse: & per iurgium ex eo quæsiuisse: an' non iste Iesus sit Iosephi filius, cuius pater & mater essent ex plebe abiectissima? Nam durus est, dicebant, sermo iste. Et ab eo tempore multi ex discipulis retrocedebant: neque cum illo in posterum conuersabantur. Vnde illa Augustini cuiusdam narratio sententia, quæ propter summam viri illius, inter Christianos, authoritatem, Iuri Canonico post inserita,

D. Aug. in Psal. 4.

D. Alger. lib. 1. cap.

11. de Sacra. alt.

De conse. distinct.

2. Parag. prima.

Magister sentent.

lib. 4. dist. 10.

& à Magistro sententiarum in Pontificiorum Bibliis repetita fuit. Prima igitur Hæresis in discipulis Christi, velut à duritia sermonis eius facta est. Cum enim diceret, nisi quis manduauerit carnem meam, & bibere sanguinem meum, non habebit vitam æternam: illi non intelligentes, dixerunt ad inuicem: durus est hic sermo: & separauerunt se ab illo, &c. Cæterum, vt omnes vos, qui hîc congregati estis, probè intelligatis, Iudeos in hoc articulo, de absentia corporis & sanguinis Nazareni, à Cœna sua, cum Sacramentarij, non consentire tantum, sed istius dogmatis authores, incepentes, atque inuentores esse, nos hoc ipsum prolati vno atque altero hostium nostrorum testimonio, clarum apertumque faciemus.

Igitur Cyrillus quidam, nescio quis (nam nos Iudæi hoc hominum genus non admodum curamus) odio nostræ gentis flagrans, hanc sententiam effutile fertur: Animus arrogans & malignus quæcunque caputum eius superant, tanquam fruola & falsa mox resūcit. Oportuisset sanè Iudeos, qui diuinam saluatoris potestatem tot miraculis perceperant, eius sermoni credere: & si quæ difficultia videbantur, humiliter inquirere

Cyrillus in Ioan.
nem lib. 4. cap. 13.

Controuers. de S. Cœna Domini. 37

quirere, & petere elucidationem. At contrâ Iudæi
non sine magna impietate, de Deo conclamat: quo-
modo potest hic nobis carnem suam dare; nec in men
tem venit, nihil esse impossibile apud Deum. Sed nos
magnum, quæso, ex aliorum peccatis profectum fa-
ciamus: & firmam fidem mysterijs adhibentes, nun-
quam in tam sublimibus rebus (QVOMODO) aut
cogitemus, aut proferamus. IUDAICVM enim hoc
verbum est, & extremi supplicij causa. Aliorum igit
tur culpa perdocti, non quæramus QVOMODO: sed
operis sui viam & scientiam illi soli concedamus.
Nam quemadmodum, quamvis nullus nouit, quid
nam secundum naturam sit Deus, iustificatur tamen
per fidem: Sic, et si operum eius rationem ignoret: si
certa tamen fide OMNIA illum posse non dubiter:
non contemnenda probitatis huius præmia conse-
quetur. Qui enim sapientia & virtute adeò excellit,
quomodo non operabitur ita miraculose, ut operum
eius ratio, mentem nostram effugiat? Non ne vides
etiam humano ingenio, & industria facta, sa penume-
ro captum nostrum superare: quomodo igitur extre-
mo supplicio digni non erunt, qui, rerum omnium O-
pificem, Deum, ita contemnunt, vt, QVOMODO, in
operibus eius dicere audent: qui totius sapientiae lar-
giorem non ignorant, quem OMNIA posse ipsa nos
docet Scriptura: Hactenus Cyrillus.

Nimirum male habet bonum senem, quod Pa-
tres nostri, sine diligentí & accurata penititione ver-
ba & voces huius Nazareni, tam absurdas & incon-
cinnas, pro veris & vero consentaneis acceptare no-
uerunt: & τὸ πῶς, item viam ac modum, quo ista fieri
possint,

possint, prius investigandum esse censuerunt: quām illi temere crederent. Sed ut nostra fertur opinio, non minus prudenter Maiores nostri, in hoc negocio fecerunt, atque illi, qui in ipsorum vestigia postea concesserunt. Nam vtricq; verba Christi, tanquam absurdā, & falsā, & ridiculā, & quāc nullū modo fieri possint, reiecerunt, reprobārunt, & iuserunt: aut certe capitī sui figmento in alienū sensum detorserunt.

Fuit hoc omnibus temporib; peculiare sapientissimo, & abstrusarum rerum callentissimo populo Iudaico: vt verbo Dei, cum ratione humana pugnanti, fidem non habeat. Nam ipse Moses Legislator & Princeps noster, cū audiret, quōd Deus sexcenta millia virorum, vñā cum vxoribus & liberis, qui non modo hunc numerum virorum exquabant, sed planè superabant, in deserto carnibus sustentare ac pascere vellet: admodum bellē, non aliter ac Sacramentarius quispiam, Deo promittente obloquebatur: Tu dicas, dabo eis esum carnium. Etsi autem Deus respondebat Moysi: Nunquid manus mea inualida est? iam nunc videbis, vtrum sermo meus opere compleatur: tamen Moses hoc in animalium suūmū inducere non poterat.

Consimilem huic fidem alebat quidam ex Iorami Regis Israelitici aulicis minister, qui Helisæo, ex oraculi diuini sententia, annona vilitatem & copiam, in diem crastinum vaticinanti, Sacramentaria quadam & prudentissima voce respondit: Etsi, (inquietus) Deus cataractas fam in cœlo fecerit, nunquid poterit esse quod loqueris?

Quin

Exod. 16.

Exod. 16.
Num. 11.
Psalm. 77.
4. Reg. 7.

Quin etiam ipsimet Apostoli, cùm à nostra Ius^s daica Religione nondum, ex omni parte, defecissent, suo Nazareno, quòd ille aliquot hominum millia, paucissimis panibus cibare vellet, aperte in os obij^s ciunt: quid hæc inter tām multos? Quòd si illa cres- di non possunt, quæ de rebus natura subsistenti- bus, & sub sensum venientibus, scriptura loquitur: quanto minus ea credamus, quæ coelestia sunt, & om- nem rationis humanæ captum excedunt?

Matth. 14.
Marc. 6.

Quid de nostris Maioribus dicam? qui in des- fertu Coena Domini perinde vsl fuerunt, vt nostri fratres Sacramentarij? Nam huius rei testem habes- mus, non modo transfugam Iudæum quendam, & Ius ipsum Canonicum: sed etiam Sacramentarium quendam Principem: qui Iudæorum sacrificia, Chri- stianis Sacramentis longè præstantiora fuisse confi- dentissime scripsit. Etsi enim Patres nostri Manna & Sacerdoti dist. vescabantur: & aquam è petra profuentem bibe- bant: tamen, quia cum istis rebus, in istis rebus, & sub istis rebus, carnem & sanguinem Christi nequaquam accipiebant: quandoquidem Christus, tum tem- poris, carnem nondum assumperat: ex necessis- tate sequitur, quòd Iudaicæ Religionis & fidei nostræ sit crucifixum illum à Coena sua seiungere: & carnem ac sanguinem illius præsentes esse nes- gare.

2. parag. inquit Ap. Viretus lib. 15. cap. 4. de minist. verbi & Sacram.

Quid: quòd ipsa Missa Pontificia, pro hac nostra opinione plurimum facit: quemadmodū id ex huius IEBUSITÆ oratione, satis iam ante intellectum est. Si enim quilibet Sacerdos, carnem & sanguinem Chri- sti immolans, tantundem ex ea percipit, quantum Abel

40 *Acta Concil. Nationalis super*

Abel ex agno aut oue, Abrahamus ex ariete: Melchisedechus ex frusto panis & lagena vini: &c hæc Sacramentarij cum Papistis est communis opinio, non video, quomodo hæc ambæ religiones, aut in qua tandem re à nobis dissentiant.

Possem & alia testimonia, ad nostram fidem, de absentia corporis & sanguinis Christi, stabilendam ex Episcopo Ruremundano & Prateolo quodam Parisiensi Sorbonista adferre: si modò viri boni essent & digni: quorum verbis fides adhibeat. Nostra atque (inquiunt illi) reperias, qui Manna in Cœna Domini se edere afferunt: hinc Mannarij dicti. Quid autem obstat, quò minus hi Iudaici Mannarij de Catholicorum grege sint? Nam inter Lutheranos nullum locum habent.

Sed accedit huc aliud, communis nostræ opinionis præsidium: cuius propemodum fueram oblitus. Nam Cabalistæ & Thalmudistæ, patroni & propagatores nostri consumilimum Sacramentariorum Cœnæ ritum instituerunt: qui & ipse carne & sanguine penitus orbatus est. Ita enim illi sanxerunt, vi quilibet Paterfamilias, placentam aut libum in manus sumat, & iisdem gesticulationibus, quibus nostri Papistæ in suo Missatico sacrificio vtuntur, consecrato, consecratum frangat, & fractum domesticis suis distribuat, eosq; ad gratiarum actionem cohortetur. Nec dubium est nobis, quin antiquissimi Sacramentarij, hanc Ceremoniam à Maioribus nostris mutuati sint.

Præterea, cum in hac disceptatione mentio facili circumscripsi ac definiti: in quo Nazarenus ille Iesus

Lindanus Dial. z.
Dubitant.
Prateol. lib. 9. cap.
31. Catal. hæret.

Anton. Margarita
lib. de rit. Iud. cap. 6
fol. 24.

Ioan. Pfesserkorn
in lib. de Paschate
Iud.

Controversie de S. Cœna Domini. 41

Iesus sedeat aut iaceat : & interdum etiam spacie-
tur , incredibile dictu est , quām illa ratio , cum
nostra Religione , per omnia consentiat . Clunia-
ensis quidam , qui circa annum Christi 1200. vi-
xerit , crebris Patrum nostrorum sermonibus , hoc us-
surpari audiuerat , quod Iesus Nazarenus Romæ alii
cubi , in antro quodam Trophonio latitaret . Verba
illis boni viri sunt hæc : Dicunt Iudæi , prout ab eis
audiui , circa Vespasiani tempora suum Christum na-
tum , & Romam , nescio qua arte , translatum : Ibi eum
a canibus dilaceratum atq; corrosum , in cryptis vel
specubus subterraneis latere : & corrosionis illius vul-
nera , pro peccatis , & iniquitatibus Iudaicis , tolerare :
indeq; dictum esse : Vulneratus est pro peccatis no-
stris : attritus est propter scelera nostra . Victurum se
autem , & hos dolores , in illis terræ visceribus , tolera-
turum : donec disposito à Deo tempore , inde exeat :
& Iudæos , de vniuersis gentibus congregatos , ad pris-
num suæ repromotionis terræ locum reducat . Tunc
impleri omnia , quæ de Iudæorum felicitate futura ,
a Prophetis prædicta sunt . Tunc & illum suum
Christum multis gentibus imperaturum . Hæc Clu-
niacensis . Hinc fieri arbitramur , quod Romana Ec-
clesia tot Iudaica sacra in suam Ecclesiam transtu-
lit , & Iudaicam gentem tam clementer fouit , haud
dubie sperans , se nobiscum huius Messiae beneficia
accepturam .

At per sanctum nomen Dei , nos locum , multo
certiorem & angustiorem , vobis demonstrare vo-
lamus ; in quem Patres nostri Thalmudistæ Iesum

F Naza-

Danæus contra
Laonicum.

Petrus Cluniacens.
lib. 2. cap 3 con.
Iudeos.

42 Acta Concil. National. super

Hieron. de sancta
fide lib. 7. Cap. 5. de
error. Iud. fol. 18.

Nazarenum redegerunt, quām omnes vel veteres
vel noui Sacramentarij fingere potuissent. In Cap.
Cherubin scribunt Rabbini, quod quidam Rabbi, vi
ac arte magica, euocauerit Balaach, ac Iesum de infero,
vtrumq; simul: & interrogauit Balaach, quam pē
nam ipse pateretur apud inferos: respondisse autem,
quod puniretur in Caldaria plena spermate. Postea
etiam Iesum Nazarenum rogasse de eodem: Eum ve
rō respondisse, quod coqueretur in Caldaria plena
stercoris feruentis. Contumeliosa hæc Lutheranis vī
debitur oratio. Sed non est, quod ea magnopere of
fendantur: cūm haud ita pridem, magni nominis Sa
cramentarius quidam, publico scripto hanc Thalmus
dicæ consimilem vocem ediderit. Si Christus est vī
que: ergo & in cloaca. Cum hoc præclaro argumen
to & fraganti sibi quidam Sacramentarij etiam in
publicis concionibus, cum egregio imperitæ multis
tudinis applausu, mirificè placent.

Sine dubio autem hoc dicendi genus à veteris
bus Berengarianis mutuati sunt, qui etiam ante qua
dringentos annos suæ opinioni contradicentes, Ster
coranistas appellare consueuerunt. Sicuti Algerus
hoc testatur: Ex visibili (inquiens) & corporali come
stione, quæ Sacramentotenus fit, nascitur Hæresis
foedissima Stercoranistarum. Dicunt enim, tantum
Sacramentum, sicut corporali comeditioni, sic & seces
sui esse obnoxium.

Algerus Monach.
Corbeien. Saxo.
lib. 2. Cap. 1. de Eu
charistia.

Vide Selnei in cō
sat. accus. 20.
D. Stanichius con
trateriam Apol.
Bezae.

Non minus pudicè ac modestè de hac re loqui
tur Theodorus Beza, cūm ait: Candidæ quondam
concubinæ suæ, olim à se Epigrammatis decanta
ta,

Controversie de S. Cœna Domini. 43

culum, immo partem diuersam magis pudendam mundiorem fuisse, quam illorum ora, qui simpliciter verbis Christi inhærentes, credunt, se præsens suum corpus ore suo accipere. An non hæc venerandi sensis confessio, cum Thalmudica nostra Religione pulcherrimè consentit? Et quis vestrum, quotquot in hoc Concilio adestis, tam stupidus, tamq; amens sit, qui Iudaicam de Christi Persona sententiam, cum Sacramentariorum opinione congruere non intellegat?

Verum enim uero hoc non postremum consensus nostri Argumentum est: quod omnipotens Nazarenus, non modo ab utrisque in dubium vocatur, sed etiam prorsum e medio tollitur. Propter hanc enim causam vel solam, progenitores nostri, Iesum illum morti adiudicarunt: quod is se pro filio Dei gereret, cui omnis in cœlo & in terra potestas concessa esset. Vnde etiam illud promanauit, quod Sacramentarij pleraque Scripturæ testimonia, quæ antiquissimi Doctores Ecclesiæ de Christi Deitate, & magno consensu citra omnem dubitationem intelligenda censuerunt, huc atque illuc torserunt, & in omnes facies transformarunt: donec tandem istiusmodi verba duntaxat per Allegoriam, & Tropum, de Christi Maiestate intelligi posse statuerunt: Sicut Ioannes Caluinus in suis, super Genesin Commentarijs passim facit: sed tam firma & valida tamen haudquam esse affirmant, ut illis tuto insistere debeamus.

Vide Caluinum
sup. verba Genes.
Ipsum contaret
caput serpentis.

Breuiiter, ut rem omnem in pauca conferamus,
F 2 fatemur

44 Acta Concil. National. super

fatemur & credimus: quod Christus in Cœna ^{Quia} nequaquam sit præsens: sed quod homo fraudulens & dolosus impostor, verbis obscuris & perplexis, cum multo clarioribus vti potuisset, imperitorum ora subleuerit, & vana spe credulorum Lutherano^rum animos lactarit. Itaque non immerito Patres nostros illum deseruisse: & ab illo descivisse: denique prorsus occidisse dicimus. Nam secundum Thal mudicam doctrinam, quoque sacram hostiam, pol lutum corpus esse, cum Patribus nostris constanter asserimus. Credimus item & profitemur, quod vni alicui certo loco affixus sit, vnde redire nequeat.

Postremo, certam & indubiam spem ex his prolati rationibus concipimus, fore: ut religio nostra in hoc articulo de Cœna, quandoquidem ea cum Sacramentariorum opinione per omnia congruit, propediem augescat: & Iudaorum sacra (quæ alias à Romanis Pontificibus, & Catholica, vt vocant, Ecclesia, (vt iam antea quoque grato animo commemo rauimus) tantis ornata & communita sunt priuilegijs) subinde posthac ab alijs atque alijs approbentur, foueantur, propagentur: & nos ipsi in matere honore, quam hactenus apud Lutheranos habiti sumus, apud omnes alios deinceps habeatur.

D I X I.

ORATIONE

Hieron. de S. Fide
lib. 2. Cap. 2.

ORATIO LV.
CIANI.

HAC oratione à Iudeo habita, Lucianus in medium processit: & genu leuiter curvato, Praesidem, ut sibi suisq; collegis, Aristoteli, Eucli, Hierocli, Plinio, Ptolemaeo, Porphyrio, ceterisq; Philosophis, Physicis, & Mathematicis, potestatem dicendi faceret, verbis Graecis oravit. Cum autem ab omnibus intelligi nō posset: propterea quod Graeca lingua angustis admodum terminis continetur, Latina verò longissime atque latissime vagatur: idcirco Preses petitioni illius renuit. Iussus ergo Latinè proloqui, quæ vellet: quoniam in utraque lingua esset eloquens, & nuper admodum ab Erasmo Roterodamo in Romana lingua eleganter institutus: in hanc sententiam verba fecit.

I, inquit, Apostolorum, aut crucifixi illius impostoris discipulorum scripta, in hac Synodo, eam autoritatem obtinerent, ut illis, sine vlla contradictione, certo credi posset & deberet: tum sanè nos laudatissimarum gentium Legati, ad propositā quæstionem ex literis Pauli, ad Corinthios datis, breuiter respondere vellemus: 1. Cor. 1. quod Euangelium Christi nobis perinde sit stultitia, sicut Iudeæ iam olim fuit offendiculum. Quid enim stultius, & ab omni ratione tam alienum, tam inaudiu- tum, tam denique incredibile: quām vnum corpus tot seculis aliquot mille locorum interuallis, à tot mille hominibus manducari, & nibilominus suam essenti- am saluam & integrum retinere? Itaque non absque

Sueton. in Nerone
sectio. 16.
Cornel. Tac. lib. 5.
Annal.

46 Ada Concil. National. super

Abdias Babilon.
lib. 3. certam.

Apostol.

Eusebius lib. 1 cap.
1. hist. Ecclesiast.
Tertullianus in A^z
pologet. adu. gen.
tes. p. 895.

Nicephorus lib.
2. cap. 36.

Euseb. hist. Eccles.
lib. 1. cap. 7. 12. lib.
6. cap. 18. lib. 8. cap.
18. lib. 9. cap. 1. & 7.
Sozom. lib. 1. cap.
16.

Tatian. contra Gr^e
cos. Theophilus
contra Autol. lib. 3.

Tertullian. in A^z
pologet. contra
gentes.

Cœl. Rhodigit lib.
30. cap. 21. antiqu.
lection.

Tertullian. vb. 5.
Tatianus contra
Græcos. Theoph.
contra Autolic.
lib. 3.

Iustinius.

Tertul. in lib. de
præscriptione ad,
uersus Hæret.

causa Maiores nostri, tum omne Euangeliū Christi
tum verò in primis hanc doctrinam de præsentia cor-
poris & sanguinis Christi, pro noua, inaudita, exinal-
bili & venefica superstitione habuerunt: eadem ne-
scio quam præsumptionem dixerunt: genus doctrina-
nouum vocarunt: & ab eo quidem inuentum & tra-
ditum, qui à reliquis mortalibus nihil discreper: ite-
rantiæ caliginem, nuda & inania verba, maledicta-
& execrandam vanitatem, perniciosum errorem, vo-
næ stultitiæ cæcum errorem, impuritatem & impie-
tatem appellarunt: planeq; his encomijs Christi doctri-
nam ornarunt, quibus hodie socij nostri Romane cau-
prædicationem Euangeliū ornant. Quin & Christiani
ipsum alsininis auribus pinxerunt, altero pede vngu-
latum, librum gestantem & togatum, addito titu-
lo οὐρανος, vel ononychites: ut hac imagine docerent
Christum absurdæ & alsinina dogmata in sua Cœ-
propositi. Neque vero alia propemodum cauaf-
it, ob quam Maiores nostri Christianos tam atrociter
perseguuti sunt, tam crudeliter iugulârunt, tam inno-
sericorditer occiderunt, quam haec: quod illos pro T-
estis, Anthropophagis, Hæmatopotis reputârum.
quis obsecro tam vecordi sit animo, qui non ab illis
hominibus abhorreat: qui dicunt, se carnem sui De-
comedere, & eiusdem sanguinem bibere? Nemo co-
te nostrorum hominum verbis ullius Oratoris qua-
tumvis eloquentis, hoc vt credat, persuaderi poterit.
Quid? quod ex Iustino Martyre didicistis, progeni-
toribus nostris Ethnicis Sacramentum fuisse, qui
cum nudis illis Symbolis, quam optimè congru-

Controuers. de S. Cœna Domini. 47

Nam si quem illi Mithrae, Deo Persico, initiant, pa-
nem, & aquam carminibus quibusdam consecrabant:
vt externum id professionis esset symbolum. Quod
ipsum Corinthij quoq[ue] factitasse videntur. Nam eam *1. Cor. 11.*
ob rem a Paulo reprehenduntur, & de prima institu-
tione, quam ille in tertio Cœlo perhibetur didicisse,
denuo admonentur, ne corporis & sanguinis Christi
rei reddantur.

Præterea tanto libentius opinionem Sacramenta-
tiorum amplectimur, quanto illi a Paradoxis Nazas-
teni sui longius recedunt, eaque non secundum lite-
ram, sed ex Homero nostro, qui humanæ sapientiæ
Oceanus fuit, ita interpretantur, vt ea, quæ dicunt &
scribunt, rationi humanæ sint consona, & valde plau-
sibilia. Sic enim Propheta noster loquitur.

καρπούς δὲ αὐτὸύσιν, θεωροφέρομεναια πίστια,
ἀγρε δέ τι καὶ δινορ, εὐ φρονα, καέπομαρθέρης,
αποφοι ατγειφ. Hoc est.

Tunc vere caprino præcones lata ferebant
Munera telluris, & se feda firma deorum,
Rite duos agnos & lati pocula vini

Quæ verba diuinissimi Poëte, cum Theodorus Be-
za, Theologus Homericus, ad suam opinionem ap-
tissimè accommodet: merito nos illius sententiæ sub-
scribimus. Sicut enim agni & vinum, foedus Deorum
dicuntur, quæ tamen signa duntaxat foederis sunt: ita
& Christi testamentum, de pane & vino, tanquam
nudis signis & Symbolis, non autem de re ipsa, nem-
pe, de carne & sanguine Christi, intelligi debet. Quid
quod Religionis nostræ socii atque amici, Sacramen-
tarij, sua arma, quibus opinionem suam propugnant,
a nobis

à nobis habent? Quas enim illi de loco, de re locata
de corpore finito, de penetratione dimensionum, &
supremo cœlo, & similibus rebus, theses, hypotheses,
definitiones & demonstrationes in medium afferunt
non ne illas ex nostro Aristotele, Euclide, Platone
Plutarcho, Seneca, cæterisque Philosophis, Mathe-
maticis, & Poëtis depromunt? Et per Deum immen-
talem, si quis nostra illis arma adimeret, homines
ferrimi propemodum inermes redderentur, neque
quicquam præsidij, quo suam opinionem tutari pos-
sent, reliquum haberent. Quid de Zenone dicatur, si
etæ Stoicorum principe? Non ne ab hoc didicerunt
quod Christus perinde ad axiomata physica alligato
sit: sicut Deus ipsorum ad causas secundas, velut ad
amantino clavo affixus est? Sicut enim nostri
Stoicorum Deus nihil agere potest, absque natura
adminiculis: ita Christus sine conditionibus naturali-
& Physici corporis, in pane sacro adesse non potest.
c'et omnes diuinæ Maiestatis suæ neroos intendit.
Ante conditam Stoicam sectam vatum antiquissimam
Homerus, Iouem summum de catena suspensum con-
cinit: ut innueret, Deum præter rerum cursum non
agere posse, quod omnibus Mythologicis non
ignotum. Veruntamen uno quodam faudis genitio
nostros consortes Sacramentarios superare videmus
quod nos pagani homines Deos nostros aliquantum
mentius tractare solemus, quam illi suo cum Christo
agere consueverunt. Nos enim Iouem nostrum inter-
dum ad conuiuia in Æthiopiam expaciatum, & an-
num relaxatum abducimus. At illi Christum suum
certo loco affigunt, ubi sedere, aut stare, aut iacere o-

Controuers.de S.Cœna Domini. 49

inter animas beatas obambulare cogitur, ita ut ante nouissimum diem ex suo ergastulo, nisi hoc ei a Sacramentariis permittatur, in has terras pedem mouere non ausit. Quanquam hoc ipso conatu quosdam ex nostris progenitoribus imitari velle videntur. Fuerunt enim aliqui ex Ethniciis, qui itidem Deos suos in certos locos compingere solebant: sicut Tyrii, qui olim aurea cathena diuinciebant simulachrum Apollinis, aræque Herculis, cuius numini urbem dicauerant, inserviebant vinculum: quasi illo, Deum Apollinem representuri, ne urbem desereret, atque ad Macedoneos deficeret: sicut Romani, qui Saturneum fascia constrinxerant: sicut Lacedæmonii, qui suo Marti pedicas inserviebant, vt illo praesente victoriam obtinerent, sicut Athenienses, qui victoriae simulacro alas præcidebant, ne ab illis auolaret: sicut Phigalenses, qui Dianam in catenas coniungiebant: sicut etiam Maiorum nostrorum successores, Papistæ, qui Spiritum sanctum Ecclesiæ suæ ita alligârunt, vt nullo tempore, nullo loco, ab illis possit recedere. Imprudentius vero (quod pace illorum dixerim) mihi fecisse videntur, Sacramentarii, nostri socii, quod suum Deum ergastulo cuidam tam arte incluserunt, vt cum eo maximè opus habent, ubi nam querant, penitus ignorent. Illos tamen existimus, qui Mercurij instar alata fide tanquam Pegaso cœlos cœlorum penetrare, & Christum Deum suum in suo throno inuenire & adire, & salutare nouerunt. Non iocantur, neque in contumeliam cuiuscumque quicquam confidentius loquimur, sed ideo hec monemus, vt omnibus vobis innotescat, tantum abesse vt a Sacramentiorum dogmate abhorreamus, vt potius illos

Quint Curt. lib. 4.
de gest. Alexand.
Magni.

Alexander ab Ale-
xandro lib. 4 cap.
12. Genial. dierum.
Pausan. in Laco-
nicis.

Idem in Arcadicis.

50 Acta Concil. Nationalis super

Zwinglius ad re-
gem Angliae.

los solos, veram Religionem colere ingenu'e & fateas-
mur, & eius rei gratia illis summam laudem tribua-
mus. Quis etenim inter omnes sectarum conditores
vnquam extitit, qui Maioribus nostris Ethnicis, crus-
cifixum Christum ignorantibus, locum beatitudinis
in cœlo concederet, præter vnum Cingulum? Is Bri-
tonum regi persuasurus, vt suum dogma de absentia
Christi in Cœna amplecti vellet, pro præmio illi, cum
Camillo, Aristide, Socrate, Scipione, Catone (brevis-
tatis causa me Lucianum, meosque socios omisit) aliis
isq' nostrorum similibus, vitam beatam pollicitus est:
cum vicissim pessimi Lutherani, & nonnulli natura-
li Pseudocingiani, quos sui præceptoris pudet, non
credentes in Christum, omnes damnari oportere, cer-
to statuant. O magnam Cinglianorum benevolen-
tiam & fauorem erga nos Ethnicos! An non hos amar-
re, an non reuereri, an non communia cum illis ad al-
sequendam beatitudinem dogmata tueri conuenit?
Intelligitis, opinor, Patres conscripti, ex ijs, quæ dixi-
mus, quæ nostra sit de præsenti quæstione sententia:
quod nimirum Sacramentariorum opinio non sit nu-
per excogitata, sed à Maioribus nostris invenia, à Phi-
losophis confirmata, à Dijs ipsis comprobata, & quod
vna omnibus hominibus beatitudo sit parata. Qua-
propter communii suffragio dicimus impossibile, ino-
ridiculum esse, quod Christi corpus & sanguis sint in
Cœna. Pace tua, charis. Domine Preses, adhuc vnum
atque alterum verbum profari liceat. Insurrauit mihi
in aurem diuinus vates Orpheus, huius Legationis
hanc postremus, se aliquando ad Musæum filium oc-
culto quodam diuinæ mentis impetu cecinisse: Iovi-

Opt.

Controuersi. de S. Cœna Domini. 51

Opt. Max. tam longam esse dextram, ut ea Oceanum cingat. Cum autem Cingliani Deo suo, ad cuius dextram Nazarenus, quem filium eius esse existimant, exaltatus sit, multo, multo, inquam, breuiorem esse certosiant: ne vos ideo ipsum ab illorum placitis abhorre iudicetis. Ait se cupere priuatim cum Sacramentariis, & reliquis Philosophis & Poëtis, qui Dijs immortibus plus, quam Cingliani Deo suo tribuere videntur, prolixius conferre. Diximus.

His in Concione dictis Lucianus pristino loco confedit:
 illum proxime dicendi partes Hæreticis data sunt, ut illi etiam suam proferrent de negotio Cœna sententiam. Locutus est pro his omnibus Simon Magus, Hæreticorum princeps & Coryphaeus.

ORATIO SIMONIS MAGI.

SIMO, (inquit) Simon ille Magus sum, quem Iræneus omnium Hæreticorum ducem & Patriarcham vocat: propterea, quod omnium eorum, qui praesentiam Christi in Cœna negarunt, antesignanus extiterim. Quare non est, ut de me, meisque honestissimis filiis, quos hic in magna copia astare videtis, quicquam dubitetis, quin nos omnes & opinioni vestræ libenter subscripturi, et manifestis insuper rationibus hoc probatur simus: quod nimirum ego, & nunquam satis laudata proles mea, hanc doctrinam de absentia corporis & sanguinis Christi à Cœna, excogitauimus.

G 2 cons

Irenæus in præfat.
lib. 3 aduersus
hæres.
Euseb. lib. 2. cap.
12. hist. Eccles.
Nicephorus lib. 2.
cap. 14.

confirmauimus, et ad omnem posteritatis memoriam,
nullis literarum monumentis, sola nominis fama pro-
pagauimus. Nam quoties hoc doctrinæ genus opera
ac studio Orthodoxorum, quos vocant, extinctum es-
set, toties nos oris nostri sufflatu id ipsius subinde re-
fuscauimus, atque accendimus, & per successores
nostros, ad hæc usque tempora produximus; idemque
ad finem usque mundi constanter & firmiter nos pro-
ducturos esse pollicemur. Ut autem vera hæc esse int-
elligatis, rem omnem, è primis aduersariorum nostrorum
annalibus, eorumque monumentis tanquam ab
ouo repetemus. Igitur omnibus, qui in historia Ecclesie
mediocriter versati sunt, notum esse arbitramur,
quod superstitibus adhuc Apostolis, vixerit quidam

*Ignatius in Epistola
ad Smyrnenses
Theodoret, lib. 3.
Polymorphi.*

Ignatius Martyr, qui Epistolam ad Smyrnenses scri-
psit, ut Theodoretus refert: in qua illos exhortatur, vi-
sibi à mea, meorumque asseclarum, Sacramentiorum
doctrina, perinde, ac si falsa atque erronea esset, diligenter
cauerent. Eucharistias (inquit) & oblationes
non admittunt: quod non confitentur, Eucharistiam
esse carnem saluatoris Iesu Christi. Sed quæras for-
tasse, qui nam illi tum fuerint, qui præsentiam carnis
Christi in Coena negabant? Audi Ignatium, & quid
ille ad Trallenses prescribat, apud animum tuum se-
dulo perpende. Fugite, ait Ignatius, Diaboli progenie-
em, illius primogenitum filium Simonem Menan-
drum & Basilidem, & totam illam ipsius Sathanæ col-
luiiem: hominum cultores: quos & Hieremias Pro-
pheta maledictos appellat. His nimis flosculis ille
nos recte sentientes & sinceram doctrinam propagan-
tes, exornat: perfidus & nequam: apostata verius di-
cendum

*Ignat in Epistola
ad Trallenses,*

Controvers. de S. Cœna Domini. 53

cendus quām Apostolus? Sed Epistolam hanc ad
Smyrnenses non esse fictitiam aut supposititiam,
manifeste testatur Theodoretus ille, cuius iam men-
tio facta est. Ex quo par est intelligi, P.C. quod ego
sim Magus ille magnus Ecclesiæ Doctor, qui hanc
saluberrimam doctrinam de absentia corporis &
sanguinis Christi, vñā cum priscis ac nouis consor-
tibus inueni, defendi, & ad hæc vñç tempora propa-
gau. Quare malitiosa & detestanda quorundam est
insidia, qui hanc controversiam de Cœna Domini
primum anno 1575. in suis historicis narrationibus ex-
tissime, impudenter affirman, & meum honorem ac
decus alteri conferunt: cūm hoc notissimum sit, quod
ego Simon Magus, ante mille & quingentos annos,
hoc certamen Sacramentariorum primus excitaui, &
Iudeos atq; Ethnicos fecutus absentiam Christi car-
nis, illorum argumentis & rationibus ductus apertis-
simè demonstrau. Necq; enim est, vt cauilletur quis-
piam, hanc Ignatij sententiam esse fictitiam aut sup-
posititiam. Noui enim multa veterum scripta, quæ
contra me meosq; prodierunt, quorundam inuidia
fuisse suppressa, ne scilicet sectatores mei, qui doctrinam &
mores meos imitabantur, à Simone Mago Si-
moniaci, sicut parasiti à Gnathone Terentiano Gna-
thonici, appellarentur. Hoc profecto negari à nemine
potest, quod hac nouissima ætate Sacramentariorum
dux quidam publico scripto testatus est, hanc Ignatij
epistolam adhuc anno Christi 1397. superstitem fuis-
se, quo tempore clariss. meus Abnepos Vuiclefus
fatis iam concesserat. Nam in Londoniensi Concilio
eadem hæc epistola, aduersus Vuiclefum allegata
Balæus Cent. 7.
Cap. 3. de Scriptor.
Brit.

fuit. Cæterum non absq; causa mirari quis possit, quid
causæ sit, quod ego & filij mei, Ebion, Cherinthus,
Carpocrates, Theodotus Bizantinus, Artemon, Pa-
lus Samosatenus, Photinus, Arrius, alijsq; complura
meæ farinæ homines, veram præsentiam corporis &
sanguinis Christi in Coena vnanimi consensu abne-
gauerimus. Verum ubi is consilij nostri causam per-
ceperit, mirari desinet. Itaq; aperte, & sine ullis verbis
rum ambagibus confiteor, quod nos omnes & singu-
li nullam prorsus Christi Deitatem vñquam credi-
rimus, sed omnino talem hominem Christum statui-
mus, quales sunt cæteri mortales, qui ex coniunctio-
ne viri & mulieris procreari solent. Cum autem vnu-
us Dei sit opus instituere sacros ritus, Sacramenta
condere, & vim, virtutem, efficaciam & gratiam Su-
cramento largiri (nam sic quidam Augustinus Ho-
ponensis scripsisse fertur: Gratia Sacramenti non na-
ab ipso Deo est.) Quomodo nos, qui Deitatem No-
zareni rem fictam esse statuimus, Coenam Christi
quouis alio rusticorum conuiuio discrepare creden-
mus? Etenim si cui nostrum hæc opinio vñquam pe-
sonnum incidisset, quod Christus sit verus Deus, &
verus homo, in vna persona inseparabiliter coniun-
ctus atq; vnitus, fortasse non dubitassemus, quin illi
omnia præstare posset, quæ se præstiturum promi-
rat. Quis enim eum mendacijs arguat, quem pro vec-
tus & omnipotente Deo habet? Nulli vestrum, P.C. ho-
zareni disputando, interpretando, fingendo & refu-
gendo in quæstionem vocant, etiam de illius omnipot-
tentia & veritate, nihil aut certe parum ex animo
statuan

Augustin. contra
Donatist.

Controuersi. de S. Cœna Domini. 55

statuant, vt ut verbis fidem & fiduciam præ se ferant. Sed & illis ipsis temporibus, quibus ego viuebam, & paulo post insecuris, quidam meorum discipulorum, resurrectionem humanæ carnis & sanguinis, quasi iam effet facta, oppugnârunt: propterea quod hæ res à malo Deo (statuebant enim pleriq; duo principia pariter æterna) procreatæ, & sua natura malæ atque corruptæ essent. Itaq; valida ratione concludebant, eas bonorum coelestium, vt sunt, regeneratio, immortalitas, beatitas & vita æterna, haudquam capaces esse: sed interitu suo prorsus in nihilum redigi, solumq; animam cum Dijs immortalibus æuo sempiter no perfui. Fuerunt ex illo discipulorū meorū grege, Hymenæus, Philetus, Basiliides, Carpocrates, Valentius, Marcion, Apelles, Ophitæ, Marcus, Cerdus, Caiani, Seuerianus, Archontici, Heraclitæ, Seleuciani, Procliani, & alijs innumerabiles: qui omnes, vt humanæ carnis, ita etiam carnis Christi resurrectionem, ac præ inde eiusdem quoq; in Cœna sua præsentiam pernecabant. Cum enim substantiam humanæ carnis, de prauatam & corruptam, adeoq; à malo Deo procreatam esse dicerent, item panem & vinum, tanquam ex eis & terrena Cœnæ symbola, quibus Christi corpus & sanguis exhibetur, ab eodem principio malo exitisse erederent: idcirco Cœnam nū illic aliud esse, quam mali creatoris opus: vel, vt Beza noster loquitur, excrementum Diaboli iudicabant. Quod si ergo nos nullam carnis & sanguinis Christi resurrectionem vñquam credidimus, ne in Cœna quidem Christi carnem & sanguinem illius præstò esse censuimus: quemadmodum hoc ex aduersariorum nostrorum libris

2. Tim. 2.
Tertul. de præscri-
hæret. August. ad
Quod vult Deum.

56 Acta Concil. National. super

libris facile cognosci & intelligi potest. Quibus cum
posteri eorum libenter fidem habituri sint: quando
quidem scriptores isti, magnæ apud suos fidei & pia-
tatis opinione nituntur, age nos illorum testimoniū
(quid enim obstet?) quæ pro nobis faciunt, ex eorum

Irenæus lib. 5. adu.
hæret.

dem ore proferamus, vt omnes intelligent, nos nul-
lam participationem corporis & sanguinis Christi vi-
lam quam statuisse. Calicem (inquit vñus illorum) qui ei
creatura, sanguinem suum testatus est, & panem, quæ
est creatura, suum corpus confirmavit: ex quo noster
auget corpora. Quando ergo & mixtus Calix & fra-
ctus panis accipit verbum Dei, fit Eucaristia corpo-
ris & sanguinis Domini, ex quibus augetur & conser-
vit corporis nostri substantia. Quomodo ergo nega-
carnem capacem esse donationis Dei, quæ est via in-
terna? Quæ & corpore & sanguine nutritur, & mem-
brum eius fit, sicut Apostolus ait: Quoniam membra
sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius
Non de spirituali aliquo & invisibili homine dicere
Spiritus enim neq; carnem neq; ossa habet. Sed de
dispositione, quæ est secundum hominem, qui ex car-
nibus & ipsis consistit: quæ de calice, qui est sanguine
eius, nutritur; & de pane, qui est corpus eius, augen-
tum.

Hæc ille.

Tertullianus in lib.
de resur. carnis.

Sed producamus etiam alium scriptorem, vt
ore duorum aut trium testimoniū consistat omnis ver-
itas. Itaq; Tertullianus sic de nobis loquitur: Vide
mus nunc (ait) de propria etiam Christiani nominis
forma, quanta frivolæ & sordidæ substantia car-
apud Deum prærogativa. Etsi sufficeret illi, quod nu-
la omnino anima posset salutem adipisci, nisi dum

Controvers. de S. Cœna Domini. 57

in carne, crediderit, adeo caro salutis est cardo, de qua, " cum anima Deo allegitur, ipsa est, quæ efficit, vt anima " allegi possit: sed & caro eluitur, vt anima emaculetur. " Caro & corpore, & sanguine Christi vescitur, vt & " anima de Deo faginetur. Et mox diserte subiçcit: illam " participationem corporis & sanguinis Christi in Cœ- " na, non solius animæ opera, sed coniunctim corporis " & animæ opera. Inquit enim: Caro igitur & anima, " non possunt separari, in mercede, quas opera coniun- " git. Hæc Tertullianus.

Sed, quis obsecro tam vecors est, vt ex his non intelligat: aut tam cæcus, vt non videat, quod nos Sis- moniani & Ebionitæ nullam vñquam corporalem, sed solummodo spiritualem manducationem corpo- ris Christi, & quandam animarum refectionem credi- derimus, vt quæ sola fide & solo Spiritu peragatur. Contra vero Orthodoxos, vti vocantur, non modo spiritualem cibum & panem, sed etiam corporalem, neç tamen Capernaiticam & crassam, sed naturæ atq; ingenio humano incomprehensibilem statuisse: cuius virtute Christus in p̄js & credentibus, & hi in illo sint, vivant, & moueantur. Tiresias videat doctrinam de sola spiritali participatione, non esse nouo- rum hominum, siue illi sint Canonistæ, siue recentes Sacramentarij. Nostra enim hæc opinio est, nostra, inquam, nostrum inuentum hoc est. Nec nos quen- quam seu fratum, seu discipulorum, siue commilitos num Sacramentariorum, in societatem huius gloriæ admittimus. Vnam hanc laudem Carolstadio & Cinglio tribuimus, quod illi Simonis Magi & disci- pulorum dogma penè extinctum & oblitteratum, his

58 Acta Concil. National. super

nouissimis temporibus contra aduersarios Lutheranos resuscitarunt, & totis viribus propugnarentur. Enī enim quidam ex fratribus nostris hæc astutē dissimulant, & eandem se nobiscum sententiam tutari negant, & Tertullianum atq; Irenæum, idem in hac re cum ipsis sentire dicunt: tamen cūm doctrina Sacra mentaria nostrum omnino sit inuentum, frustra per merum hominem Christum, frustra inquam, & absq; vlla causa perplexantur.

Sicut autem omnia reliqua recens excogitata dogmata perinde se habent, ut aliquid incendium, quod tanto plus crescit, quanto vehementius illi resistitur: ita etiam cum nostro hoc longè pulcherrimo atq; rationi humanæ grato inuento, de absentia carnis Christi a Cœna, plane comparatum esse intelligo. Nam illud doctrinæ genus non in Asia tantum, intra angustos terminos latitauit: sed per vniuersam quoque Europam longè lateq; peruagatum est. Anno sequente Christi 175. cum Irenæus Lugdunensis Episcopus, meus perduellis atq; hostis, Valentini filium meum calamo (quod illigenus armorum solum supererat) opprimere conaretur, in hæc verba erupit:

Irenæus li. 4. ca. 34.
 „ Quomodo autem constabit eis, eum panem, in quo
 „ gratiae actæ sunt, corpus esse Domini sui, & calicem
 „ sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium
 „ dicunt, id est: verbum eius, per quod lignum fructificat,
 „ cat, & defluunt fontes, & dat primum quidem fructum
 „ num, post deinde spicarn: deinde plenum triticum in
 „ spica? Quomodo autem rufsum dicunt, carnem in
 „ corruptionem deuenire, & non percipere vitam, que
 „ à corpore Domini & sanguine alitur?

Quare

Controuersi de S. Cœna Domini. 59

Quare, si qui ex Sacramentarijs sunt, qui nunc temporis nos pro suis fratribus non agnoscunt, illi suo tempore intelligent, qui nam cum Irenæo aut Valentino hac ætate consentiant. Neq; vobis yllum sit dubium, multos fuisse non solum in omni Italia, præserit vero Romæ, ubi Valentinus & pleriq; omnes Haeretici sedem suam esse volebant: ideoq; commune asylum est Haereticorum, ut Petrarcha dicit: sed etiam in vniuersa Gallia, qui eandem nobiscum doctrinæ rationem ac viam sequerentur.

Nicephorus lib. 4.
Cap. 3.

Francis Petrarca
Epistola 20.

Erat autem eadem tempestate, vir quidam celeberrimus & optimus, noster frater intimus Tatianus, cuius asseclæ vocati sunt Encratitæ: propterea, quod temperantes admodum viverent, & carne ac vino abstinerent. Dicebant enim istas res, a malo Deo procreatas: atq; ideo etiam à Coena Christi, in qua panis & vinum dari solent vescientibus, tanquam à rebus Diabolicis ipsi abhorrebat. Huius Tatiani discipulus fuit Seuerus, qui ingenij gloria, & acumine, præceptorem suum longe superauit, a quo etiam Seuerini nomen acceperunt. Is igitur doctrinam hanc Sizoniacam circa annum Christi 178. singulari quadam confidentia, & Religionis fiducia acerrime, cum suis discipulis, propugnabat: quemadmodum huius rei testis locupletissimus superest, Ioannes Euiratus Moschus, qui ante annos mille & ducentos vixit, & huiuscemodi historiam ea de re literis prodidit. Vidi, inquit, quandam genere Melitensem, nomine Isidore, iis sine intermissione cum eiulatu flebat. Cum autem rogaretur ab omnibus, ut aliquantulum quiesceret, & a fletu temperaret; nulli penitus acquiescebat,

Ioan. Euiratus Mo-
schus cap. 29. & 30.
Præf. Spiritual. Ex-
tit Tom. 2.
Bibliot. Sanct. fol.

60 Acta Concil. National. super

bat, omnibus dicens: Nimirum peccator sum ultra omnes, qui ab initio seculi fuerunt. Audite autem meum delictum. Ego & vxor mea eramus ambo Seueriani dogmatis. Cum ergo die quadam venissim domum, non inueni vxorem meam: audiui autem, quod abiisset ad vicinam mulierem, ut illic communicearet. (Erat autem illa Catholicae Religionis & fidei) cucurriq; protinus, & volui prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur eius, feciq; illam euomere sacram communionem. Sumptam deinde particulam sanctam huc illucq; iactasbam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi corrusionem in loco sanctam assumpsisse communionem, &c. Haec siue vera sint siue fabulosa: manifestetas men ostendunt, quod Tatiani & Seueriani de vera corporis & sanguinis Christi in Coena praesentia nihil prorsus senserint.

Vt autem, filij mei dilectissimi, Maiestatem Christi & diuinam gloriam, testibus Ignatio, Irenaeo & Theodoreto, penitus abnegarunt: sic etiam, ex meis nepotibus alteri illi, qui Christi humanitatem sucti lerunt, nullam omnino praesentiam corporis & sanguinis Christi admittere voluerunt.

Tales erant ab exitu Apostolorum, Basiliades, Credo, Apelles, Proclianita, Valentinius, Apollinaris, Priscillianus, & alij: quorum nullus occurrit nuperus. Ex his quidam fuerunt, qui rationibus inueniunt, Christi corpus non fuisse verum & naturale, sed imaginarium duntaxat & Phantasticum. Alij contra dicebant, quod ipse coelitus suum corpus attulisset,

Theodore, de fa
bul. Hæret. libr. 1.
Augusti, ad Quod
vult Deum cap. 21.
& 91. Philast. de Ha
ref. Eusebius lib. 7.
cap. 28. Vincentius
Lyrinensi de Ha
ref pro. Nicephor.
lib. 6. cap. 31. Leo
Papa Epistola 91.
Exstat. Tom. Con
cili.

Controuersi de S. Cœna Domini. 61

set: & proinde non verè, sed ex mera opinione homi-
num fuisse mortuum. Quis est, qui hosce omnes pro
Sacramentarijs non agnoscat: vel puer septennis hoc
posit animaduertere. Nam quis corpus & sanguis
nem in Cœna sibi dari ab eo expectet, quem hisce re-
bus nunquam fuisse prædictum existimat? Quis tam
stupidus aut amens sit, qui id accipiat, quod nusquam
est? Spiritus enim carnem & ossa, & sanguinem non
habet.

Pertinet ad hunc chorūm dilectissimus & obediens
entissimus mihi filius Manes, e cuius stirpe Manichei
suppulularunt. Etsi autem graue & molestum mihi
non esset, sententiam illius, coram hoc conueniu, ex-
ponere: tamen cum lepidissimum hoc caput præ cæ-
teris meis nepotibus, aliquid peculiare, & laude dis-
gnūm, in hac controuersia præstiterit, & in hoc cons-
sessu præfens adsit, quod pace Praesidis fiat, suam opis-
tionem ipsem̄ verbis, quām potest luculentissimis,
testatam faciat. Surge mi Manes, & quid de præsen-
tia corporis & sanguinis Christi in Cœna sentias, bres-
uiter & perspicue declarā.

Concessa illi, natus Praesidis, dicendi potestate, Manes
surrexit, & in hunc modum exorsus est.

ORATIO MA- NETIS.

Voniam, inquit, tibi mi Pater Simon, &
vobis, qui in hoc cœtu honestissimo con-
sideratis, ita consultum videtur, ut ego met
ea, quæ sentio, mea Oratione declarem:

62 Acta Concil. National. super

æquum esse censeo, vt vobis bene monentibus bene morigerer. Nam nullum ego consilium vnam audiri esse vtile, nisi cui obediatur. Itaque animi mei sententiam paucissimis proferam: atque ita proferam, vt omnes intellectui sitis, Sacramentariorum opinio- nem, à mea nihil prorsus discrepare. Vos tamen hoc vnum oratos volo, vt pari benevolentia filium audias, qua patrem, ante me, audiuitis.

Nolo autem de ista communicatione dicere, qua sub vna tantum sit specie, cuius me verè reum agunt Leo primus, & Gelasius, duo Romani Pontifices, sed de hoc uno tantum vos certiores faciam, quod & ego & se statores mei, hactenus docuerimus: Christi corpus ne quaquam fuisse mortale: ideoq; fallaciter passum & mortuum, imo crucem & passionem tantum vides & phantasmata fuisse. Hoc meum dogma, quoties aduersarij, qui se falsò Orthodoxos nominant, rationib; conuellere atque euertere voluerunt, semper hoc argumentum, tanquam arietem quendam, adueniūt me impulerint: Christus, inquiunt, habet verum corpus & sanguinem: quia dat nobis verum corpus & verum sanguinem. Ex quo facile intelligitur, cum ego & mei fratres, Christo nullum corpus verum tristuerimus, quod ne in Cœna quidem verum corpus esse credamus.

In eadem nobiscum sententia sunt hodie Sacra-
tarij: qui, dum negant veram præsentiam corporis
Christi in Cœna, verissimè committunt Manicheis-
mum, comminiscentes in his verbis: HOC EST COR-
PVS M E V M, phantasticum corpus: quod quidem in
cœlo sit verum corpus, sed in terris, in quibus adminis-
tratur,

Leo Sermon. 4.

Quadrages. de
Manich.

De consecr. dist. 2.

Parag. Comperi-
mus.

Augustin. lib. 14.

contra Faust cap.

2. Et lib. de fid. con-
tra Manich. Item

lib. 15. cap. 10. & lib.

16. cap. 11. contra
Faust. Theodoret

de Fabul. hæret.

Cyprian. in expos.

Symbol. Hilari. lib.

6. de Trin.

Controuers. de S. Cœna Domini. 63

stratur, sit aliud, & non verè humanum, aut idem corpus. Non autem dixit Christus: hoc est Spiritus, hoc est Dietas, signum, repræsentatio, phantasia, vel visio, sed: hoc est meum corpus, quod pro vobis traditur: sanguis, qui pro vobis effunditur.

Elli enim quidam ex illorum grege sunt, quos & mei meq[ue] opinionis pudet: tamen hoc omnium verissimum atque certissimum est, Manichæam hanc esse inventionem, Christi corpus, quod pro nobis passum & traditum est, à Cœna tollere, & figuram corporis in locum illius substituere: perinde, ac si Christus, quod nos volumus, fallaciter sit passus.

Quid: quod Christi corpus & Hermogenes Afer, & Hermias, & Seleucus, uterque Galata, certo etiam cœli loco, quod etiam Basilides noster ante nos assertuit, eadem planè ratione, qua Sacramentarij solent, inclusorimus & circumscripserimus, neque in terra esse crediderimus? Hoc enim ex eo fit manifestum, quod ex scriptis Propheticis & Apostolicis, tum ipsi didicimus: tum alios quoque docuimus: Christum in Sole posuisse suum tabernaculum. Hinc enim Romani Catholici acceperunt suum illud: Sursum corda: hinc Sacramentarij mutuati sunt suum illud verbum frequens: vbi, vbi est, in certo loco est.

Quare res non est ncua, Christum certo loco alligare, cum & ego & mei collegæ, ante annos 1300, ciceriter, idem fecerimus: & quidem firmioribus nixi argumentis, et freti Sacrarum literarum testimonij longe melioribus, quam vel Catholicæ Romani, qui Christi corpus ergastulo cuidam includunt, vel fratres nostri Sacramentarij, qui Christum loco certo ratione incerta agglutinant.

Nazianzen, in Epis.
stola ad Clynod.
August. tract 34.
in Ioan. Et ad
Quod vult Deum
cap. 59. Philast. hæ-
ret. 27.
Theodoret. lib. 1.
de Fabul. hæret.
Hieron. in Amos.

Quan-

Quanquam nos hanc vtriusque partis dementiam
 aequo ferimus animo : quod spes nobis est, fore, ut ipsi
 temporis progressu aliquando meliora addiscat. Nam
 aetate omnes sapimus rectius: ut quidam ex veteribus
 aiebat. Etenim, si fiat, ut Sacramentarij nostram opis
 nionem induant, magna, per Deum immortalem,
 Christus molestia sublevarbitur. Nam ex carcere suo
 cæco, & loco angustissimo, in quem Sacramentarij
 ipsum compegerunt, vel tandem liberatus, & cum
 Solis (ibi enim tabernaculum suum posuit) velut
 Hungarico Sarraco, aut Esseodo Belgico, quovis die se
 mel circumuectus, totum terrarum orbem lustrare, &
 quid illuc rerum geratur, aut quomodo vices eius Ro-
 manus Pontifex agat, certius cognoscere & explorare
 poterit. Nisi fortasse hoc etiā metuant Sacramentarij
 Christo, velut Icaro cuidam, aut Phaëtoni, gubernas-
 colum Solis, tuto committi non posse: ne per inscitiam
 atque impotentiam suam, aliquid terrarum orbi dan-
 num inferat.

Videor, profecto, P. C. ex oculorum vestrorum
 obtutu, & remissione frontis videre, quod in hac con-
 trouersia, quæ est de loco & sessione Christi, etiam
 vos vñā nobiscum consentire gaudeat: & quod Ma-
 nichæi, Hermogeniani, Hermiani & Seleuciani,
 qu'ām Catholici Romani, aut Carolstadiani & Cin-
 gliani esse malitis. Itaque etiam atque etiam vos oro, vt
 de ista re tota diligenter cogitetis. Nunc tu pater Si-
 moni, suscepta atq; instituta Oratione perge: nam ego
 me clare atque dilucidè expediui, vt neminem hic clu-
 ciūm

cum cum mea doctrina congruere, & per omnia in
fundamento consentire non intelligat.

Postquam Manes fæliciter perorasset, Simon iterum
veniam disendi, natus Praesidis adeptus, ad propositum
sum rediit.

ORATIO SIMO-
NIS ALTERA.

Oncepsa, inquit, mihi potestate, ea quæ sus-
perfunt exponendi, postquam omnes Ma-
netis sententiā ex ipsomet perceperistis, agis
te nūc, P. C. paucis reliquā posteritatis no-
stræ seriem percurramus, & quomodo singuli in ean-
dem de Cœna Sacramentaria sententiam conspirent,
breuibus ostendamus. Etsi autem Maneti proximus
& similimus est Arrius, & hi duo, tanquam Lucifer et
Hesperus, in Ecclesia lucent: tamen, priusquam de
Arrio dicam, Origenes mihi cum suo dogmate pro-
ducendus esse videtur. Nam is non modo à nostra
parte totus est: sed etiam in Ecclesia Romana Catholica
eam autoritatem obtinet, ut illius testimonia & di-
cta, facile à Catholicis acceptentur: quandoquidem &
ipse reliquis Patribus ita annumeratur, ut penes eum
non minor, ac penes ipsos Apostolos & Prophetas
sit fides. Ante tamen aliquid de ipso præmittendum
videtur, quām de doctrina illius loquar. Neque enim
parum refert, ut sciamus, quibus moribus prædicti fue-
rint, qui aliquod doctrinæ genus nouum attulerunt,
& scriptis in vulgus disseminarunt.

66 *Acta Concil. National. super*

Igitur Origenes Praeceptore usus est Clement
quodam Alexandrino, viro certe doctissimo & Phi-
losopho solertissimo. Nam is praecptis, atque inslu-
tutis Philosophiae penitus immersus, arcana sacrarum
literarum mysteria, & humani ingenij captum exces-
sionis, mentis quadam acie rimari, & allegoricis, ac
tropologicis explicationibus, singulari arte adhibuit,
cum Philosophorum placitis comparare, & ea omnia
inter se, mirum in modum, conferre solebat. Cum au-
tem hac doctrina, quæ est de præsentia corporis, & san-
guinis Christi, in Coena, tanquam absurdâ, & ratione
humanae perquam aduersa, nimium offendetur: ida-
circo pientissimus vir, Orthodoxus Christianus, pro-
prietate verborum Christi neglecta, tropos & allego-
rias adhibuit: testamentum Nazareni Christi belle &
commodè interpretatus est.

Etsi enim hanc Clementis explicationem, nuper
admodum Lutheranus quidam cauillatus fuit, quod
non modo stupidi sit hominis, & nescio quorum Bind-
goicorum agricolarum fatuitas, verba Testamend-
tam inepte interpretari, sed etiam maliciosi viri facinus.
Testamentum alterius peruertere: tamen ista calum-
nia nihil nos mouet, vt qui à Spiritu Simonis Magi
meliora edociti sumus.

Primo autem Clemens iste Alexandrinus verba
Christi: HOC EST CORPVS M&VM: sic interpreta-
tur, vt sint intelligenda de sanguine vuæ, cuius Patria
archa Iacobus in suo vaticinio meminit, dicens: Laura
bit in sanguine vuę pallium suum. Vocari autem sans-
guinem vuę dicit Clemens, propterea, quod per Chiru-
stum sanguis ille sit conditus. Deinde, cum in Testa-
mento

Clemens Alexan-
drinus lib. 2.
Pedag. c. 2.

Genes. 49.

mento sit scriptum: **SANGVIS**, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum, non autem videatur vua sanguis, idcirco bonus pater, & acutissimus Philosophus, Tropum siue Allegoriam, in verbis Christi quærendum censuit. Sicut enim vinum lætitificat cor hominis: ita & prædicatio Euangelij de remissione peccatorum afflictas conscientias mortalium recreat ac reficit. Quis hanc ingenij humani solertiam non admiretur: quis aciem atque oculos perspicacissimos mentis non suspiciat: quis industriam tam sapientis intellectus, non omnibus laudibus extollat? Quid? quod idem Clemens duplicem Christo sanguinem attribuit: alterum, quo nos redempti simus: alterum, quo nos, tanquam spirituali vnguento vncuti simus. De primo sanguine verba Testamenti accipienda esse negat: de posteriore spirituali sanguine affirmat. Adhæc, de Christo nos docet: quod ille solo spiritu sese nobis coniungat & vniat, sola Deitate sua, non autem carne sua viuos nos faciat. O hominem acutum, o Philosophum subtilem, o Theologum profundum atque argutum. Nequeo profecto rationem apud me capere, quo modo illum satis laudem, satis deprædicem, satis admirer. Etsi enim haec opinio posteris temporibus à Chrysostomo & Cyrillo, duabus aduersarijs nostris, explosa est, et ab Ephesino Conciliabulo reiecta atque damnata: tamen, per Dei Simonianî gratiam, ad hæc usq[ue] tempora, fidei opera nostrorum hominum, sincerè, & constanter perducta atque propagata est. Postremò addit Clemens, quod verba edere & bibere nequaquam de orali (ut hodie loquuntur nostri regni hostes) perceptione ac manducatione accipienda; sed allego-

68 Acta Concil. National. super

ricē & tropicē interpretandasint. Quid mirum sit, tota Christianitas, hac tam subtili Philosophatione cognita, statim manibus pedibusque in sententia Cles- mentis concedat, & tanquam læta Catastrophe in Sce- na applaudat? Certē hanc opinionem Clementinam, de Coena Domini, tanquam optimi præceptoris opti- mum commentum, diligens auditor atque discipulus Origenes, ita, ut fert natura ingeniorum subtilium, si- tim arripiuit, & suis quoque scriptis eandem illustrio- rem reddidit, atq; ad posteros & auditores (nam Cle- menti præceptoris suo in cathedra Catechetica succel- serat, circa annum Christi 230) & successores suos fa- deliter transmisit. Nullæ virum optimum à suo pro- posito deterruerunt calumniæ, nulla conuicia, nulla

Theophil. Alex. ferm. i. Pet. 2. Pa- chal. Epiphani. in Epistola ad Ioan. Hierosoly. Suidas. Hieron. ad Pam. & Ocean. Zonor. 3. tom. Anal. in Constan. M. Aurel. Cassiod. lib. i. inst. diuin. lect. Distinet. 16. Parag. Sancta. Iuo Cannon. Pa- nor. lib. 5. cap. 116.

vitæ aut capitib; discrimina. Quæ enim hæc Theophili Alexandrini contumelia: quod eum vocat hydram omnium Hæreleon, & qui omnes Hæreticos vincat? Quid, obsecro, in fratrem nostrum Origenem dicí gra- uius, aut contumeliosius scribi potuisset? Aequiores illi fuerunt Epiphanius & Suidas: qui dicunt, Ariæ nismi fundamentum ab illo positum esse, & triginta quinq; propositiones aduersus Pseudorthodoxos ab eodē excogitatas: & quod omnibus bonis evenire so- let, ab omnibus, qui de Hæresibus scripsierunt, inter Hæreticos relatum: denique a Vigilio & Gelasio Ro- manis Episcopis, pro Schismatico condemnatum. Que Iuo de miserabili ipius interitu commemorat, nescio.

Vincent. Lyrinensi. cap. 23. contra Ha- zet.

quām verasint. Vincentius certe Lyrinensis, odio ho- minis adductus, male eum nobis commendauit. Ori- genes, inquit, dum insolentius Dei gratia ac donis ab- uitur, dum ingenio suo nimis indulget, sibiq; fatis credidit.

Controuers. de S. Cœna Domini. 69

credidit, dum parui pendit antiquam Christianæ Religionis simplicitatem, dum se cunctis plus sapere præsumit, quædam capitula scripturarum novo more interpretatur; & quæ ibidem sequuntur.

Hactenus de Origene dixi paucissimis, & quo magistro dogma Sacramentariorum didicerit, & quam se in illo propagando gesserit, perspicue ostendit: nunc breuiter eiusdem de instituta quæstione sententiam, ex ipsius verbis referam, ut omnes intelligent, eandem illi cum nostris Sacramentarijs esse conuenientiam. Panis, inquit, de quo Christus dixit: Hoc est corpus meum, nihil aliud est, quæcum verbum, quod a Deo, qui est verbum, egreditur, & animam pascit: post Deo, qui est verbum, egreditur, & animam pascit: post corpus meum, nihil aliud est, quæcum verbum, quod animam potat. Iterum: Non est quod fixus adhæreas sanguini carnis Christi, sed cognosce sanguinem verbi, hoc est, diuinitatis. Et alibi: Sicuti Christus in Cœna dat corpus manducandum: sic etiam Apostoli, Petrus, Paulus, & eorum discipuli, mundus sunt cibis suis fratribus. Quis non videat commentum hoc Chrysippo & Crantore dignum: aut quis Origenem pro Seraphico Doctore non libens agnoscat: quis Catholicae Ecclesiae Patrem esse neget?

Omnium vero optim'e consentit Origenes cum nostrorum Sacramentariorum opinione, in his verbis: Agnoscite, quia figuræ sunt, quæ in diuinis volumiis scripta sunt: & ideo tanquam spiritales & non tantquam carnales, examineate & intelligite ea, quæ discuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, laudent vos & non alunt. Est enim & in Evangelij litera,

Origen. in 26. cap.
Matth.

Idem Homel. 9. in
Leuit.

Ibid. Homel. 7.

» quæ occidit. Non solum in veteri Testamento occi-
 » dens litera deprehenditur: est & in nouo Testamen-
 » to litera, quæ occidit eum, qui non spiritualiter ea, quæ
 » dicuntur, aduertit. Si enim secundum literam sequan-
 » ris, hoc ipsum, quod dictum est: Nisi manducaueritis
 » carnem meam, & biberitis sanguinem meum, occidit
 litera. Ecquid beo vos, o Sacmentarij fratres, cum
 Clementis & Origenis doctrinam de absentia Chri-
 sti à Cœna, de figura corporis, de amissa diuina Chri-
 sti maiestate, tam dilucide & perspicue vobis com-
 monstro? Nam Christi Deitate abnegata, qui obles-
 cro, credit eum in Cœna adesse, & se alijs mandu-
 candum bibendumque propinare, qui non sit Deus &
 homo? Nihil addam his amplius: nam satis demon-
 stratum esse iudico, Clementis & Origenis opinio-
 nem, à Sacmentariorum sententia, ne latum quis-
 dem digitum distare. Etenim posteris temporibus
 viriusque discipuli, autoritatem suorum magistrorum
 secuti, super Cœna Domini multa & magna excita-
 runt certamina: quemadmodum hoc ex Patrum quo-
 rundam, qui illis temporibus vixerunt, linguis & lis-
 teris facile animaduerti potest. Nam testimonia illo-
 rum studio breuitatis omittimus, vt temporis ratione
 habita, ad reliquam sobolem nostram perueniamus.
 Sed vt hoc tamen etiam obiter attingam, ouum quo-
 tam simile non est, quam hæc nouissimata temporali-
 lis primis, quibus dogma Sacmentariorum à Cle-
 mentinis, & Origenianis Discipulis propagatum
 est.

Ut enim illa ætate, Doctores Sacmentarij suos
 discipulos Philosophicis rationibus, in hanc opinio-
 nem

Controuers.de S.Cœna Domini. 71

nem perduxerunt: ita etiam hisce nouissimis diebus, magistri disciplinarum, suis auditoribus, doctrinam hanc auream, de absentia Christi à Cœna, præceptis è Philosophia petitis commodissimè & solertissimè instillare solent. Et per Genium meum, si fas est dicere, non postremam laudem ille magister promerer i mihi videtur, qui suum discipulum ita instituit, ut is magistri sui autoritatem cuiusvis alterius (etiam si ille oracula loquatur) demonstrationibus longe anteponat. Quemadmodum enim omnes aliae doctrinæ, quæ nouitatem sapiunt, incendij aut ignis instar se habent, qui vt ardeat, lignis & admota flamma indiget: ita meum quoq; placitum, nihil aliud, quam primus huius incendij igniculus fuit, quem Origenes sua doctrina, quasi lignis quibusdam postea fouit, ne scilicet extingueretur: donec tandem Arrius prodijt, qui flammis iniectis circa annum Christi 315. hanc doctrinam, veluti incendium quoddam, in tota Asia excitauit. Quare nunc de Arrio vt dicamus, ipsa rei necessitas, & temporis oportunitas postulat.

Fuit Arrius hic, quem vos ipsumet coram aspiciatis, meus pronepos, & in Academia Alexandrina Theologiae Professor, & in Ecclesia eiusdem loci Presbyter, homo paucorum hominum, qui alios præ se ex alto despiceret, tanquam omnibus doctior, & glosse haudquam negligens, vt quæ vires animo atque ingenio daret: præterea magnanimus, & sententia tenax, vt qui nulli hominum, quantumuis laude eruditiois excellenti, cedere posset, aut vellet. Is cum tota animi sui contentione Episcopatum, tanquam rem bonam, appeteret, nec tamen eum consequi posset.

72 Acta Concil. National. super
set, eadem doctrinam, quam nostri Sacramentarii
etiamnum hodie propugnant, solerter admodum
propagauit. Itaq; Christum dixit non esse Deum, sed
creaturam Dei: & vt maiorem ingenij gloriam con-
sequeretur, Christi corpus & sanguinem haud quas
quam in Coena esse docuit. Quæ sanè res non tan-
tum ex historia Victoris Vicensis, de Arianis verba
Victor Vicens. lib. 2. persecut. Vandæ
facientis, sed etiam ex Canone quodam Concilij Ni-
licæ.
sunt hæc: ἐπὶ τῷ θεῖος τραπέζῃ, μὴ τῷ προκειμένῳ ἀρχη,
καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῷ προσέχωμε: αλλὰ ὑποκαυτεῖτο
διάνοιαι τίσαι, νοόσφιλοι παθεῖπε τῆς ἱερᾶς ἐκέντητο πετεῖ
χειρὶ αὐτοῦ τὸ θεῖον, τὸν ἄρχοντα τὴν ἀμαρτίαν τέλονται
αἰνύτως πάντα τῷ μεράρι θυόμενοι: καὶ τὸ τιμοράντοντα
καὶ αἷμα ἀλιθας λαμβάνοντας ὑμᾶς πιεύειν, τῶτα ἐπει-
τὸ τῆς αἵματος ἡμετέρας: σύμβολα διὰ τοῦτο οὐτὲ οὐ-
λι λαμβάνομε, αλλ' οὐδίγομε, οὐτε εἰς πλωμα-
νήμ, αλλ' εἰς αγιασμόν. Hoc est, ut quidam abnepotum
meorum Praeceptor, Ioannes Oecolampadius lacine-
verit: In hac diuina mensa non in propositum panem
& poculum humiliter intenti sumus: sed mentem seu
cogitationem eleuantes, noscamus seu consideremus,
positum esse, in sacra illa mensa, agnum illum Dei, qui
tollit peccata mundi: qui à Sacerdotibus sacrificantur,
sed non more sacrificij. Et quando preciosum ipsius
corpus & sanguinem reuera sumimus, credere nos
oportet, hæc esse resurrectionis nostræ symbola.
Propterea enim non multum sumimus, sed parum: si
agnoscamus, non ad saturitatem, sed ad sanctificatio-
nem hæc sumi. At quorsum opus erat, P.C. 318. Epi-
scopos conuocare, ut ipsi hoc, quod diximus, in con-
cilio

Controuers.de S. Cœna Domini. 73

cilio decretum facerent, si Arrius idem non sensisset
de præsentia corporis & sanguinis Christi in Ceena,
quod ego, quod Manes, quod Clemens, quod Origenes,
quod omnes Sacramentarij: Quis hoc Canone
diligenter expenso credat, vnam tum, eandemq; fuisse
omnium in Ecclesia Christi docentium de Coena
Domini sententiam: An vos pitatis, pientissimum
Cæsarem Constantimum, & eius Consiliarios suisse
pueros, qui non intelligerent, ex Arrianismo Beren-
garianismum, & rursum ex Berengarianismo Arias-
nismum posse existere?

Hæc locutio Simone Magno, statim Orationem illius
magna voco Arrius interrupit: & ut est hominum
seruorum ingenium, ultrò exclamauit.

O R A T I O A R = R. I. I.

Iceat mihi, inquit, interpellare sermonem
tuum, pater dulcissime Simoti, & vos P.
C. atq; amplissime Præses, veniam, quælo,
mibi concedite, vt, quæ sentio, liberè &
absq; villa formidine profitear: nam rei magnitudo po-
stulat, vt ipsem pro me verba faciam. Quilibet enim
suum verborum optimus interpres esse præsumi-
tur. Primum autem hoc liberrimè fateor, quod Sacra-
mentariorum opinionem, velut sententiæ meæ valde
contentaneam, supra modum approbem. Cum enim
nulli creato fas sit Sacramentum condere, vt ipsimet
Orthodoxi profitentur: quomodo Christus, qui mei

K similis

74 Ada Concil. National. super
similis est homo , Sacramentum instituat , quomodo
is , qui moritur , alteri vitam suam concedat : quomodo
mortuus alteri suum corpus & sanguinem in Cœna
præbeat :

Ruffinus lib. 1.
cap. II.

Sozem lib. 2 ca. 23

Fateor equidem , atq; haud illibenter fateor : quod
revoatus ab exilio per Cæsaris sororem Constanti-
am , verbis ijsdem , quibus Orthodoxi loquuntur , lo-
catus sim , sed istud loquendi genus tum de munera
monibus meis usurpatum fuit , cum ego metuerem ,
ne , si aliter loquerer ac sentirem , denuo mihi exulan-
dum esset . Multa facit metus : multa prohibet loqui
propositi periculi magnitudo . An non videris , idem
hodie præclar'e & singulari industria factitare nostros
successores Sacramentarios , qui metu bellorum , ne à
Papistis & Pseudocatholicis opprimantur , idem cum
Lutheranis loquuntur , & ijsdem verbis , cum illis va-
tuntur ; scilicet , ut Augustana Confessionis loci esse
videantur ,

Etsi autem ægerrime mihi faciebant aduersarij
mei , tum multis scripturæ locis , tum ver'o in primis
hac vna Euangelistæ voce , dicentis : Verbum erat De-
us , & Verbum caro factum est : sicut hodie Lutherani
oculos Sacramentariorum valde pungunt his verbis
Christi : Hoc est corpus meum , Hic est sanguis meus ,
tamen ego potius negare volui , Verbum fuisse à principe
cipio : maluiq; dicere , neque Deum , neq; Verbum fa-
ctum esse carnem : quam hoc confiteri , quod Deus
fuerit Verbum , & quod Verbum caro factum sit :
quemadmodum hodie congerrones mei malunt dis-
cere : Non est corpus meum , non est sanguis meus ,
quam cum aduersarijs affirmare , quod panis sit
cora

corpus Christi, quod vinum sit sanguis Christi.

Nec est, ut quisquam miretur, quia nam ratione animi mei sententiam contra aduersarios ego obfir-
mare potuerim. Nam Sacramentariorum more ad
tropos & Allegorias confugi, figuræ Origenianas ex-
pressi, Schemata conformaui, his armis opinionem
meam defendi, hoc clypeo tela hostium auerti, hoc
ariete muros totius Asie concussi. Quid enim ad me,
quod Athanasius, meus perduellis, me per contemtū, Augustin. contra
Felician. Arian.
Prætolus lib. 6.
cap. 6.
appellant Tropicum? quid ad me, quod Philastrius me
nominat Tropistam? Rationibus in disciplina fidei
agendum est, non scripturæ testimonij: sicuti Felis-
cianus frater meus dicebat, & sicut ipsimet hodie Ca-
tholici Romani strenue asserunt. Quid? quod exem-
plum meum secuti, commilitones mei, Sacramentis
stæ, nullo præsidio fortiori sua propugnant, quam tro-
pis, quam figuris, quam Schematibus, quam Allego-
rijs? Quid? quod suis rationibus, & suo Orthodoxo Liber Consens.
Orthodox. veteris
Ecclesiæ, de ten-
tent. verb. Cœnæ.
consensui, longe plus tribuunt ipsi, quam diuinis
articulis? Non dicam, quanta mei æmulatione, ho-
mines bellicosi, interdum ad arma profliant, tu-
multus excitant, bella faciant, scilicet, ut hoc do-
ctrinæ genus saluberrimum conseruare & propagare
studeant.

Satis, puto, ex his constare vobis, P. C. & notum
esse omnibus, qui nam primi Tropici & primi Tropi-
ci fuerint, & in hoc negocio de Maiestate Christi
Tropos atq; figuræ quæsierint. Sed placet mihi supra
modum, Adami huius Neiseri fratris mei festiuissimi,
candor & synceritas, qui aliquando interrogatus,

76 *Acta Concil. National. super*

quamobrem à Christianismo ad Arrianismum defes-
cisset, aperte respondit: quia Sacramentarius & Cin-
gianus fuerit. Non dissimiles illiū sunt hi, quos in
hoc confessu videtis: Stancarus, Gonæsius, Gribal-
dus, Blandrata, Gentilis, Alciatus, Gregorius Pau-
lus, Simanus, Casanouius, Menno, Franciscus Vuar-
ger: & innumerabilis copia omnium illorum, qui ex
Sacramentarijs facti sunt Antitrinitarij.

Dixi paucis, sed tamen pro rei necessitate & fa-
ma nominis mei, ea quae in hoc Concilio dicenda mis-
hi videbantur. Nunc, ne cui vestrum longiori oratio-
ne molestus sim, patri Simoni eas partes, quas mea
interpellatione eripueram, libens restituo: vosq; om-
nes maximopere rogatos volo, ut si quem alium ex
hoc toto cœtu socium & fratrem vobis exoptatis,
eum Arrium fore certo vobis persuadeatis.

CUm hec Arrius in Concioione protulisset: incredibile
dictu est, quam pleriq; ex Sacramentarijs obmu-
murauerint, & dentibus infremuerint. Nam erant aliqui
non postreme authoritatis Phanatici, qui Arrium cum
Neifero ejciendum putabant: alij supplicio capitis
utrumq; multandum dicebant. Sed cum ante fibi essent
male consciij: propterea, quod opinio illorum ab Arrij sen-
tentia non longè dissideret: euentum Concilij expectar-
dum esse censebant. Orto murmure, Praeses silentium fe-
cit, & Simonem Magum dicendo pergere iussit. Is
igitur Presidi morem gerens, tertia vice orare insi-
stuit.

ORAS

ORATIO SIMO-
NIS MAGI TERTIA.

Maluissem profecto, inquit, ut omnes & singuli mei filii atque nepotes sua, quæ haec bebant, ipsimet proposuissent: nam hoc modo ego labori hujc supersedisse, & ipsi animorum suorum sententiam melius atque perfectius, quam ego, proponere potuissent. Quantum enim ex Manetis & Arrij doctissimis Orationibus intelligere possum, video illos non modo singulari libertate & candore, ea quæ sentiunt, audacter proloqui: sed etiam ad dicendum & perorandum non adeo male instructos venisse: veruntamen, quia Concilij huius Præsidi & ceteris assessoribus ita videtur, ut ego in meo proposito pergam, malo illi morem gerere, quam officij mei rationem absque iusta causa negligere. Decet enim patrem loqui pro filijs, & eorum causam non aliter, quam suam, agere. Quod vestrum est, filij, vos admonitos volo, ut ea, quæ dicturus sum diligenter obseruetis: & si quid forte vitio ætatis decrepitata, quæ plerunque obliuiosa esse solet, præteriero, id aut ipsi palam absque metu proferatis, aut mihi hæsi- tanti in aurem insurgetis.

Anno igitur Christi 359. circiter, cum Arrianismus adhuc paſsim locorum effloresceret, aliij quidam Sacramentarij ex mea progenie in lucem prodierunt: qui tum dicebantur Macedoniani. Eorum caput erat circa annum Christi 359. Macedonius, Episcopus quidam Constantinopolitanus, & Arrij amicus ac socius,

78 Acta Concil. National. super

Ruffin, hist. Eccles. lib. i. cap. 25. Hic præterquam qu'od filij & Spiritus sancti Deitatem
 August. ad Quod negaret, & res creatas esse diceret, etiam hanc laudabilem
 vult Deum, cap. 52. Iem do Trinam de absentia corporis & sanguinis Christi
 Niceph. lib. 9. cap. 4. & 7. 8. Ist'a Cœna, totis virib. defendebat. Acriter quidem
 Chrysost. hom. 60. huic Macedonio sese opposuit Ioannes ille Chrysostomus:
 ad pop. Antioch. & hom. 49. in los. an. & hom. 60. in sanguinis Christi in Cœna loquebatur, quo hodie Lus
 Matth. & 61. ad po. therani, seu Augustanæ Confessionis socij loquuntur.
 Antioch. Quare nonnulli ex nostris male circumspecti, aut
 potius male feriati homines, in suo Orthodoxo consensu, Berengarianismi bonum vitum insimulant.

Vt autem omnibus liquido & manifeste constet, Macedonianos omnino ad religionis nostræ societatem pertinere, proferam ex Cedreno historiam: quia hoc ipsum clarissimum testatum faciet. Nam ex illo scriptore vel cæco apparebit, diuersissimam furuisse Macedonianorum Cœnam à reliquorum Christianorum communione.

Cum enim Orthodoxæ Ecclesiæ (ait Cedrenus) præcesset Chrysostomus, accessit ad eum quidam, qui à Macedoniana secta in viam redierat, & vxorem ad idem operose exhortatus, impetrasse ab ea videbatur, vt ipsa quoque ad veram secum Ecclesiam redire, ac Sacramentum communicaret. Hec particulam Macedonianam ancillæ dat, iubetque secum adseruare: & ad Chrysostomum aggressa, cum sacram particulam de manibus eius accepisset, fingens ea se vesci, ancilla eam porrigit, Macedoniamque ab ea repetens, cum hanc ori admoueret, sensit in lapidem mutatam. Exhorrescens ergo, tremebunda se ad pedes S. Episcopum abiicit, facinus confitens, ac tum ver'e ad Ecclesiam con-

Controuers.de S.Cœna Domini. 79

conferens,&c. Non expendam hīc singula, quæ a Cerdino scribuntur: cūm ego, vt Simon Magus, non habeam singulis fidem. Vnum hoc vobis diligenter examinandum relinquō, an ex his verbis non sit evidētissimum, aliam Sacramenti in Ecclesia Chrysostomi, aliam in Ecclesia Macedonij rationem fuisse.

Proximi nunc his seſe offerunt Messaliani, eiusdem omnino nobiscum & cum Sacramentarijs Cinglianis sententiae: de quibus aliquid est dicendum, ne iporum in hoc Concilio, tanquam veterum Milesiorum, nulla ratio habita fuisse videatur. Igitur circa annum Christi 380. exorti sunt Messaliani, qui & Euchetae, hoc est, orantes, & Euthusiastæ, quasi diuino afflata, tu perciti, vel, vt quidam volunt, sacrificatores & Psalmi appellati sunt. Præcipui horum magistri & doctores fuerunt: Dadoes, Sabbas, Adelphius, Simeon & Hermias. Docuerunt autem inter cætera, quod Cœna Domini res sit ἀστιάΦορος: quæ pro libitu atque arbitrio cuiusquam sumi aut negligi possit, cūm ea neque damni neque commodi quidquam afferat vtilibus. Addunt historici, quod valde memorabile est, & pro nostra assertione in primis multum facit: quod, licet illi ex Scriptura sacra sæpe admoniti fuerint, eos, qui Christi corpore & sanguine fruantur, manere in Christo, & Christum in illis, qui autem indignè edant & bibant, iudicium sibi sumere, nihilominus tamen in sua sententia firmiter & obstinatè perdurārunt.

Et, per Geniū meū, vident mihi ab his Messalianis nouiū Sacræ mentiste, non inualidum argumentū pro sua sententia mutuati esse. Nam vt vsumfructū huius Cœna tollant, suis discipulis continenter illud verba inculs

Theodore, hist.
Eccl. lib. cap. 11.
Nicephor. lib. 11.
cap. 14.
Theodore, lib. 3.
heret. fab. August.
ad quod vult. cap.
57.

Ioaa. 6.

1. Cor. 11.

80 *Acta Concil. Nationalis super*

in culcant: Caro non prodest quicquam. In eadem enim sententia fuerunt Hermiani, circa annum Christi 388, qui nihil aut parum prodeste arbitrabantur, si quis bucellam panis deglutiret. Quare, ut mea quidem fert opinio, Messaliani & Hermiani, à ducentis illis Concilij Ephesini Praesidibus, iustè damnati sunt. Si enim iusto anathemate percussi fuerunt: sancè etiam hodie Carolstadiani & Sacramentarij numero impiorum & scelerorum habendi essent: & rectè illi agerent, qui hodie illorum aditum, sermonem, & consuetudinem fugiunt: ne quid scilicet ex contagione incommodi acceperint.

Sed, querat alius, vbi tam diu haereat Nestorius? vbi Eutyches? Nam utrumque à nostra parte semper stetisse, & opinionem Sacramentariam præ alijs acerrimè defendisse, lippis, quod aiunt, & tonforibus notum est. Quare de illorum quoque sententia, vt alli quid in medium afferamus, tempus est. Prius tamen de Nestorio, qu' am de Eutychete dicendum erit.

Vincentius Lyriensis. aduersus prophetam, nouat Hæc ref. Euagrius lib. 1. cap. 2. 7. Socrates lib. 7. cap. 32. Damascenus Hæc. 81.

Igitur anno Christi 427. Constantinopoli vixit Nestorius urbis illius Episcopus, cuius haec fuit doctrina: quod duæ in Christo personæ essent: altera quæ homo Christus, & altera, quæ Deus Christus esset. Vetus Damascenus refert, Nestoriani dogmatizabant: Proprium honorem ipsius & humiliaora operatorum à Domino in ipsius ad nos aduentu, soli homini ipsius adaptantes: excelsiora autem & Deum decentia, soli Deo verbo, & non vni & eidem personæ, adducentes. Opinio haec, ni fallor, iam olim Elcesitarum, sicut Sampsonorum fuit, qui anno Domini 239. duos faciebant Christos: alterum quidem sursum alterum versus deorsum

Controuersi. de S. Cœna Domini. 81

deorsum. An' non animaduertitis idem cum Nestorio & Sampsonis etiam nūm hodie sentire, dicere & facere omnes Sacramentarios, omnes Carolstadianos, omnes Cinglianos? An' non enim litéris & linguis hoc illi testatum fecere: quod homo Christus certo cor li loco affixus atque agglutinatus sit: Christus autem Deus p̄f̄sim omnia terrarum orbem perambulet, & homini Christo, quem interdum conuenire soleat, res nouas, & quæ hinc inde à mortalibus gerantur, tanquam non omniscio, sed multorum negotiorum ignato, percenseat & recitet?

Cæterum nullam à Nestorio fuisse creditam corporis & sanguinis Christi in Cœna præsentiam, sed solummodo spiritualem participationem, præter Cy rillum (qui multa aduersus Nestorium edidit) etiam & Nestorium in prima Synodo damnarunt, abunde his verbis testantur: Sic ad mysticas benedictiones ac p̄tioris effecti, non vt communem carnem percipiemus & sanctificamur, participes sancti corporis, & pretiosi Sanguinis Christi omnium nostri redemptorum existens, neq; vt viri sanctificati, & Verbo consueti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuina possidentis habitationem, sed vere viuificatricem, & ipsius Verbi propriam factam. Vita enim Deus naturaliter existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam professus est: & ideo quamvis dicatur nos: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen eam vt hominis vnius ex nobis existimare debemus (quomodo enim iuxta naturam suam viuificatricem)

Epiphanius, Augustinus,
ad Quod. Theodo-
doret. de fabul. he-
ret. lib. 3. Nicophorus,
lib. 5 cap. 24. Euse-
bius lib. 6. cap. 58.

Cyrilus in Iona,
lib. 11. cap. 26, 27.

Tomo. 1. Concil.
Paschalias in ex-
positione Math.,

82 Acta Concil. National. super

sicatrix esse caro potuerit hominis? sed ut ver'e pro
priam eius factam, qui propter nos filius homini est
factus et vocatus. Hactenus Ephesina Synodus. Quis
aut tam stupidus sit, aut tam vecors, qui ex allegato loco
non animaduertat, aut Nestorium fuisse ipsum Cinc
gulum, aut Cingulum fuisse alterum Nestorium. Nihil
iam dicam de Sergio Nestoriano, & Joanne Ariano
Monachis, qui vna cum Mahomete, Religionis no
strę socio, Alcoranum Turcicum procuderunt, & cu
rum Nestorianum, cum ferro Chalybum atque Ara
bum in unam massam conflarunt. Quām enim ex
pressa sit in Alcorano Turcico, Carolstadij & Cinc
gianorū de Coena Domini sententia: hoc paulo pōst
Legationis Turcicæ princeps apertissimè demonstra
bit.

Zonaras Tom. 3.
Annal. Paulus Dia
con. lib. 17. Rerum
Rom. Nicol. Cus
san. ib. 3. Cibrat.
Alcora. cap. 18.
Raphael. Volat.
lib. 12. Geogra.
Vincent. Beluac.
lib. 23. cap. 51. An
ton. part 2. Tit. 13.
cap 5. Azoar. 13.

Vide Tom. 1. Con
cluor.

At obsecro, quis non cæcos fuisse iudicet trecentos
illos & octodecim Episcopos, qui a Constantino Cz
fare, Nicxiam aduersus Arrium conuocati, doctrinam
Arrij pulcerrimam iniquissimè damnarunt? quis non
deliros atque insipientes existinet, ducentos illos Pre
sules, qui a Theodosio II. contra Nestorium Epheli
congregati, dogma Nestorianum impudenter reieces
runt & condemnarunt? quis non insanos esse omnes
illos credit, qui ex exemplo illorum patrum, nostris tem
poribus, omnes eos dominant, & anathemate ferunt,
quicunque absentiam carnis Christi à Coena, tot secus
lorum memoria, tam longa succedentium, atque idem
sentientium Episcoporum serie, in hunc usque diem
docuerunt, comprobārunt, propugnārunt?

Paucorum annorum spacio interiecto, prodijit in
lucem Eutyches, Abbas quidam Constantinopolita
nas:

nus, qui anno Christi. 443. vel 450. Nestoriano dog-
mati aduersum protulit, & magnum sectatorum nu-
merum repente habuit. Nam inficiabatur duas natu-
ras esse in Christo: quia in ipso nativitatis articulo, ca-
ro fuisset in diuinitatem, carnemq[ue] Deificatam trans-
mutata. Hæc opinio fuit Apollinaris, Dioscori Patri-
archæ Alexandrini, Petri Gnaphæi, & Seueri Ace-
phali, Antiochienorum Episcoporum, itemque Eu-
charij Mantocunis. Quām parum vero Eutichiana
hæc Religio, a Cinglianorum opinione dissentiat, fa-
cile quiuis oculatus potest colligere. Nam quomodo
credat Eutichianus præsentiam corporis, & sanguinis
Christi, qui non credit, Christum in utero materno ve-
ram assulmisce carnem, & sanguinem? Nolite putas-
te, Eutichianos tam stupidæ fuisse mentis, tam hebes-
tis ingenij, vt non intelligerent, affirmata Christi præ-
sentia in Cœna, etiam affirmari veram carnem, & ve-
rum sanguinem Christi, ac non potius omne funda-
mentum, quo Eutichianismus nititur, funditus everti
atque labefactari. Obliviosi est hominis, ita adstruere
vnam sententiam, vt vniuersam interim religionem
destruat, & præcipua fundamenta doctrinæ suæ ē mes-
dio tollat.

Sed agite, vnum atque alterum testem de hac re au-
diamus. Leo primus, omalium Pontificum, quorum
monumenta extant, longe doctissimus, in hunc mo-
dum scriptum reliquit: Hanc, inquit, Confessionem,
dilectissimi, toto corde promentes, impia Hæretico-
rum commenta respuite, vt ieunia vestra & Eleemo-
synæ nullius erroris contagio polluantur. Tunc enim
& Sacrificij munda ēst oblatio, & misericordiæ sancta

Theodore, lib. 4.
fabul. hæret. vide
Tom. i. Concilior.
Leo Papi. Epistol.
10. & 52. Euagrius
lib. 2. cap. 4. & ib.
Nicephor. hist. Ec-
cles. lib. 18. cap. 53.

Leo primus in ser-
mone de ieunio
septimi mensis.

84 Acta Concil. National. super

largitio, quando hi, qui ista dependunt, quid operentur, intelligant. Nam dicente Domino: Nisi mandauis caueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sic sanctæ Mensæ communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate corporis et sanguinis Christi ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, & frustra ab illis (Eutychianis) Amen respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, disputatur. Gelasius: Certè, inquit, Sacra menta, quæ sumimus, corporis & sanguinis Christi, diuina res sunt, propter quod & per eadem efficiuntur diuinæ consortes naturæ, & tamen esse non definit substantia vel natura panis & vini, &c. Quis non videbit ex his Leonis & Gelasij verbis, quid Eutychianis (contra quos hi scripsere) de Cœna Domini senserint? Præterea negari non potest, quod Armeni, gens magna, eam partem Asiae incolens, quæ est inter Taurum & Caucasum montes sita, & a Cappadocia usque ad Caspium siue Hircanum mare (hodie de Bachau) protensa, Eutychetis & Dioscori doctrinam amplexi sint: & cum utriusque magistri sententia esset à Synodo Chalcedonensi reprobata, ipsi ab Ecclesia Orthodoxa et Catholica, quæ tum videbatur, excommunicati fuerint, sibiique proprium Episcopum, quem Catholicum nominabant, de legerint, & in concepta opinione Eutychis deinceps perseverarint, omnemque Christi in Coena præsentiam corporalem simpliciter negarint. Cuius rei fidem nobis facit Perpinianus, Maioricæ, quæ una est Balearum Insula, celebris Episcopus, qui ante annos ducentos & quinquaginta ad Cardinalem Albanensem in hæc verba de Armenis scripsit: Ne

Gelasius contra
Nestorium & Eutychianum,

Guido Perpinianus, in lib. de Ha-
scis.

Controuers. de S. Cœna Domini. 85

gant, inquit, verum Christi corpus realiter in Sacra-
mento Eucharistiae sub panis, & sanguinem sub vini
speciebus contineri.

Nam hic duodecimus Religionis Armenicæ est
articulus, in quo ipsi à Romanensibus dissentunt.
Sed & decimus quartus ita sonat: Afferunt hunc sa-
cratissimum cibum nec prodesse quicquam, nec eti-
am obesse. Atq; hoc doctrinæ genus, à Messalianis,
de quibus supra meminimus, Armeni, atq; omnes
Eutychiani, iure quodam hæreditario acceperunt.

Sed Eutychianos idem prorsus sentire de absen-
tia carnis Christi à sua Cœna, cum omnibus Sacra-
mentarijs & Carolstadianis, vel ex eo liquet: quod sa-
cerdote Spiritus, qui ex ore Eutychis iam olim locutus
est, etiam hoc nouissimo seculo per Menonem Simo-
nem, quendam Belgij Abbatem, dignitate Princi-
pem, & omnium Anabaptistarum Patrem: nec non
& nuper admodum, per Casparum Schvuenckfeldi-
um, hominem ex Silesia nobilitate haud infirmum, de
humana Christi natura Deificata, iisdem planè ver-
bis, quibus Eutychiani vtuntur, dixit & scripsit. Nam
ut ergo horum Christi in Cœna sacra præsentiam, ut
Anabaptistæ omnes, inficiantur. An non hoc magno
est arguento, idem sentire Sacramentarios cum
Eutychianis, quod unus idemq; Spiritus tanto tem-
perum ac locorum interuallo planè idem sentire &
loqui, iisdemq; verbis vti, tam manifeste deprehen-
ditur?

Sed ne hoc quidem silentio prætereundum est,
quod ad meam meorumq; consortium laudem non
parum facere videtur: nimirum Sacramentarij huius

Prætol. lib. i. cap.
67. Catal. Hæret.
Bernhard. Lutzel-
burgus de Hæret.

Auri sacra fæ-
mes &c.
Prætol. Cat. Hæ-
ret. lib. i. cap. 37.

86 Acta Concil. National. super

Dist. 15. parag. Ca-
nones.

certaminis longæua diuturnitas, & durans eiusdem sententia in Ecclesia perpetuitas. Etsi enim hæc doctrina Arij, Macedonij, Nestorij atque Eutycheris de absentia corporis Christi a Cœna, à quatuor Concilijs, Niceno, in quo 325. Constantinopolitano, in quo 320. Ephesino, in quo 431. & Chalcedonensi, in quo 630. Episcopi præsentes fuerunt, quorum omnium Canones in pari autoritate cum quatuor Evangelij probata & condemnata est, ut hactenus docuimus; tamen ad hæc usque tempora, contra tot tantorumq[ue] aduersariorum impetus haudquaquam contemnendos, constanter à suis assertoribus & propugnatoribus, literis, linguis & armis defensa, approbata & consenseruata fuit. Neque ulli hominum dubium esto, si quid in Religionis negocio temporis præscriptio valeret, quin nostra doctrina Sacramentaria magnam antipositatis & ordinariæ successionis laudem consequi posset. Sed iudicent de hac re omnes boni & prudenter, & æquirerum arbitri.

Venio nunc ad ea tempora, quæ Conclitum Chalcedonense insecura sunt. Nam his etiam multi nostræ opinionis socij passim extiterunt, omniumq[ue] primi Acephali, siue Seueritæ Trithoitæ, Theodosiani, Iulianistæ siue Escharicodocitæ, Monophysitæ, Monothelitæ, Theopaschitæ, Gaianitæ, Agnoëctæ siue Themistiani, Aphtartodocitæ, (in quam sectam ipse etiam Cæsar Iustinianus prolapsus est) qui omnes unam verbi & carnis naturam prædicârunt, & cum Armenis de Cœna, ut audiuitis, per omnia consenserunt.

Nicæphor. lib. 17.
cap. 29.
Carol. Sigon. de
Reg. Occid. lib. 2.

Dura-

Controuers. de S. Cœna Domini. 87

Durarunt igitur hæc certamina Sacramentaria
annos fermè trecentos.

Sopito demum per aliquot annos tumultuario
hoc strepitu (id quod authoritate quatuor dictorum
Conciliorum maximè fiebat) plurimi secus de perso-
na Christi sentiebant, quam Arrius, Macedonius,
Nestorius atq; Eutyches: nihilominus tamen moti aus-
toritate Clementis & Origenis, illorum opinionem
de absentia corporis Christi à Cœna penitus abiçere
non potuerunt. Itaq; de Tropis atq; figuris cogitare
cooperunt, ut illarum ope ac præsidio nostra sententia
aduersus literalem Christi verborum sententiam suf-
ficietur & stabiliretur. Nam corporis loco figuram
corporis posuerunt, quemadmodum ex Damasco
no intelligitur: qui circa annum Christi 700. ad-
uersus progeniem meam, inter alia sic scriptum re-
liquit.

Non est figura panis & vinum corporis & san-
guinis Christi, Absit hoc. Sed est ipsum corpus Do-
mini Deificatum, ipso Domino dicente: HOC E S T [“] _“
[“] _“ _“ M E V N (non FIGVR A corporis) sed CORPVS, & non [“]
figura sanguinis, sed sanguis. Et mox: Cœna dicitur [“]
communio, & reuera est, quia communicamus per [“]
ipsum Christo, & participamus eius carne & diuini-
tate, & quia communicamus, vnum inuicem per il-
lam. Nam quia ex uno pane participamus omnes, [“]
vnum corpus Christi & unus sanguis & inuicem [“]
membra efficimur, con corporati Christo existentes. [“]
Omni igitur virtute obseruemus, ne participemus [“]
participatione Hæretorum, &c.
Quæ hic aduersus Hæreticos dicuntur acerbius,
ea nihil

88 Acta Concil. National. super

Zuinglius in libel-
lo de subsidio Eu-
charistiae.

Bala. Part. 2. Cent.
14. Cap. 40.

Cromer. lib. 3. cap.
Polon. Chron.
Theophilactus in
84. Mar. in 6. Ioan.
in 26. Matth. Cap.

ea nihil ad nos. Nam hoc nomen cum omnibus p̄ijs &
iniustis damnatis commune habemus: & sancti Dei
martyres omnibus temporibus pro Hæreticis habiti
atq̄ damnati fuerunt. Hoc nobis in præsentia ex Dæ
masceno demonstrasse sufficit, quod etiam annis ab
hinc octingentis, Doctores in Ecclesia Christi vixes-
rint, qui verba Testamenti Christi non secundum lis-
teram, sed secundum Tropos & figuram interpreta-
tis fuerunt. Et quoniam ante paucos annos quidam in
somno vidit quandam, sed, ater an albus fuerit, igno-
rat: qui hanc figuram illi reuelauit, dicens: Quin piger
respondes: Phase Domini est: idcirco nulli dubium
esse debet, quin iste monitor meorum abnepotum alii
quis fuerit, qui anxium perturbatumq; hominem sua
solicitudine liberauerit, & hoc salutare cōsilium bono
viro subiecerit. Nam aliâs ne angelum quidem de
Cœlo venientem, & aliud doctrinæ genus proferen-
tem audiuisset.

Porro Tropologica hæc interpretandi ratio, à pos-
teris meis vtiliter inuenta atq; excogitata, multis cele-
riter arridere coepit. Nam Theophilactus, qui circa
annum Christi 860. vixit, & à se ad fidem conuersis
Bulgaris, cognomen Bulgari accepit, passim in scris
ptis suis affirmat, quod in sacra Cœna non tantum fi-
gura respondens, aut nudum Symbolum, sed corpus
ipsum præstò sit. Atq; hic Theophilactus, cum sit ab-
breuiator Chrysostomi, & diligens Graecorum scri-
ptorum lector, facile colligitis, quod illi Doctores de-
vero aut figurato corpore contra nos senserint, dixer-
int & scripserint.

Progressa est deinde hæc doctrina paulatim longius,

gius, & ex Asia, vbi initium sumserat, etiam in Euro-
pa domicilium & sedes fixit. Ut enim flatima, admo-
tis lignis aridis & vento ingruente, vires sumit, ma-
gnusq; excitat incendium: ita Sacmentarium hoc
certamen, nouis subinde excitatis in Ecclesia dubita-
tionibus, & glossarijs verborum Christi interpreta-
tionibus, sensim inualuit, donec tandem sumptis viris
bus omnem Europam longe lateq; peruagatum est,
atq; ad extre mos usq; Britannos peruenit. Nam anno
856, Rabanus Maurus primū Abbas Fuldenis,
deinde Archiepiscopus Moguntinus, claruit: hunc
Thomas Vualdenus Generalis, vt vocant, Carmeli-
tarum, qui Concilio Constantiensi interfuit, in episo-
la ad P. M. Martinum Quintum, & in libro suo de
Sacmentis, inter Hæreticos numerat cum Herebal-
do, quodam Altissiodorensi Episcopo (quem Regni-
baldum Trithemius vocat) quod Eucharisticum pas-
nem, cibum digerendum esse afferuerit, secessui ob-
noxii, Bertramiq; partes fouerit. Sice eo tempore tam in
Germania, quam in Græcia, nostra doctrina florebat.

Anno Christi 877. Imperante Carolo Caluo,
cum sacrificium illud Missaticum, pro peccatis viuor-
um & mortuorum, caput efferret, & alas sumeret, so-
liciti pro aris & focis suis Sacrificuli, ne opinio nostra
peruulgata aliquid noxae aut damni eis afferret, mō-
strum illud transubstantiationis excogitarunt. Nam
si verum est, vt certe est, quod præter nuda signa nihil
sit in Cœna Christi reliquum, quomodo panis bucel-
la possit esse Sacrificium expiatorium, pro peccatis vi-
uorum & mortuorum: quas res solo Christi sanguine
expiariri & ablui constat? Ne igitur Sacerdotes Missæ
sacrificio alas iterum præcidere cogerentur: idcirco

M Cleric

Ioan. 1.

Ioan. 2.

Autor. 20.

Clerici, homines astuti, monstruosam quandam panis & vini, in corpus & sanguinem transformationem commenti sunt, eamque Patrum Ecclesiæ dictis quisbusdam aliquam veri speciem habentibus, tanquam larua, tegere & vestire, mox deinde personatam metrericulam in scenam producere, & varijs indutam formis, tanquam Protheum, aut vertumnum ostentare aggressi sunt. Nam modo pueri, modo carnis humanae, modo sanguinis, alias alia specie Christum presentem in Missa apparere, imperita multitudinibus persuaserunt.

Erant illis temporibus circa annum Christi 830, duo Monachi, Ordinis Benedictini, Bertramus, & Iohannes Mailrosius, à patria Scotus cognominatus, & Sententionario illo Scoto longè antiquior. Hic duo, cum alijs pluribus in summa autoritate constitutis viris, nostram doctrinam ex Anglia, vbi primum docuit Scotus, in Galliam attulerunt: neque solum feedam illam transubstantiationis meretriculam denudarunt: sed etiam opinionem Sacramentariam, de absente a Coena sua homine puro Christo, verbis & scriptis tam alacriter propugnarunt, ut neque ab Ecclesiasticis, neque a Politicis Magistratibus, dum viuerent, excommunicati & damnati, neque post mortem, ut alias Romanæ Ecclesiæ mos est, effossi atque cremati fuerint. De doctrina eorum Sacramentaria publicum historiæ cum testem habet Papyrium lib. 3. vbi inquit: Ante Berengarium, Stephanum, de quo infra, & Scotum, controversia illa de Eucharistia, quæ Patrum nostrorum, nostrisque temporibus Europam turbauit, Carolo Caluo Rege, mortalium animos vexare coepérat. Extat enim eiusdem argumenti ad eum libellus Bertrami,

Controuersi de S. Cœna Domini. 91

transl., qui Theologis improbatæ lectionis visus est.
Hactenus Papyrius.

Igitur Scotus pro hac doctrina, quam teste Antonino, à Græcis suxit, perinde ut ego Simon Magus, Cherintus, Arrius & Nestorius, pugnauit, & pro ea vietam & sanguinem profudit. Cum enim in Schola Parisiensi, ad quam Oxonio ex Anglia ab ipso Cæsare vocatus fuerat, hanc opinionem publice tueretur, quod nullus in sacra Coena Christus esset: ingratissimi discipuli suis graphijs optimo viro oculos primum effoderunt, postea ipsum prorsus enecuerunt. Ut autem visi iusti memoria extaret sempiterna, erectum est illi Epitaphium non minus elegans, quam fuerat viri doctrina & mors sancta.

Crinitus lib. 2. cap. 11. de honest. disciplin.

Antonius Part. 2. Titul. 15. cap. 7. pag. 3. fol. 190.

Clauditur in tumulo sanctus Sophista Ioannes,
Qui datus erat iam viuens dogmate miro:
Martyrio tandem Christi descendere Regnum
Quo meruit, sancti regnant per secula cuncti.

Nec sancti viri manibus quicquam affert incommodi, quod ipse longo post tempore in Vercellensi concilio, propter hoc Sacramentariæ doctrinæ genus, pro Hæretico condemnatus est.

Vixit iisdem temporibus cum hoc sancto Març tyre, Paschasius Ratbertus quidam Abbas Corbeiensis, qui contra filios meos Sacramentarios, cum primis vero aduersus Bertrami Presbyteri libellum, quæ is de absentia Christi à Cœna ad Carolum Caluum Regem Galliae scripsérat. Hic Paschasius multa publicauit scripta, quæ etiamnum hodie extant. Argumenta quæ in illis refutantur, si quis probe inspiciat atque perpendat, eadem prorsus esse intelliget cum illis, quæ hodie à regni mei confortibus Cinglianis repetuntur & ut-

Papirius Masonus
lib. 3. Annal. Franc.
Paschalij liber exs
tat Tom. Biblio
thee. Sanct. 4. fol.
158.

92 Acta Concil. National. super

Papir. lib. 3. fol. 210

gentur. Sed ea nos, compendium temporis sequentes, consułto præteribimus. Postea anno Christi 1022, vt Masonus ex epistola Ioannis Monachi Floriacensi ad Olivam, Abbatem sanctæ Ausenensis Ecclesiæ refert, Robertus Rex Galliæ in ciuitate Aurelianensi, ex nobiliaribus cum Clericis tum Laicis quatuor decim, qui Baptismi, gratiam & Eucharistiam negarent, viuos exuri curauit.

Ex his ergo, quæ dicta sunt, satis vobis constare arbitror, nullum huc usq; a nato Christo fuisse seculū, in quo Religionis Sacramentariæ consensus Orthodoxus, & docentium successio ordinaria non extiterit. Sed quoniam dicendo longius sum progrellus, ac ferè defatigatus (nam senem vox propemodum defecit) hic finem faciam, & quod pace D. Præsidis & Pastorum præsentium liceat, Berengario, filio meo charissimo, & ad dicendum omni rerum verborumq; copia instructissimo, reliquas perorandi partes committam. Te igitur, fili mi Berengari, oro atq; hortor, vt pro tua singulari eruditione & facundia, qua polles, reliquam temporum & successorum nostrorum seriem absoluas: vt qui dogmatis Sacramentarij defensores ac pugnatores, aut oppugnatores posteris temporibus fuerint, & quando, & ubi singuli vixerint, ab hoc concessu prudentissimorum hominum intelligatur.

Facto silentio, & omnium animis attentis, Berengarius non diu cunctatus, veniamq; adeptus, sic orare caput.

ORATIO BEREN-

GARII.



Voniam video, inquit, mihi Berengario homini Gallo, & Ecclesiæ Turonensis Archidias

chidacono, non autem Archidiabolo, sicut aduersarij me calumniantur, dicendi partes à patre meo demandatas, atque à Præside concessas esse, nolo honestum officiū callide subterfugere aut hīc tergiuersari: cum opus confessionis sit, ea, quæ sentias, absque vla la cunctatione liberè & propalām dicendo explicare. Quanquam maluissem hoc munus cuiuis alij, qui me solertior & eloquentior est, delegari: ne quid, quod ad rem pertineat, à me omittatur. Veruntamen, quia sors ita cecidit, ut honestè detrectare non possum, quæ ius suis sum facere: agę, pro viribus meis conabor, consensum huius doctrinæ, posteris seculis, in Ecclesia ad hunc usque diem conseruatum, dilucidē & breuiter demonstrare. Vos hoc unicum rogatos volo maxime movere, ut æquis animis adsit, & quod à prologis pertinet, mihi crescendi copiam detis.

Igitur circa annum Christi 1048. animaduertebam, quod monstrum illud Transubstantiationis animos multorum hominum obsedisset ac fascinasset: ita ut plerique eam doctrinæ Romanensis partem, pro fidei Catholicæ articulo amplecterentur, & pari veneratio nis cultu, quo cæteros, prosequerentur. Erant tamen nihilominus aliqui bene cordati viri, quorum animus a portentoso illo Transubstantiationis dogmate penitus abhorrebat: & qui idem cum Scoto & Bertramo in Religione Sacramentaria sentiebant. Sed hi metu Ecclesiasticæ authoritatis, & Politici magistratus, Circa poculo infatuati, & summa ac tremenda potentia deteriti, ea quæ sentiebant, profiteri non audebant. Ego igitur ratus opportunum adesse confessionis temporis, ut suam quisque fidem et Religionem liberè pro loqueretur: primus in Ecclesia Turonensi surrexi, &

94 Acta Concil. National. super

Sigebert. in Chron.

Platinus Nicolao

2. Vincent. Par. 2.

lib. 25. cap. 30. Spe.

hist. Antonius Par.

2. Titul. 16. cap. 1.

Parag. 20. Papirius

Masonus lib. 3.

Anal. Fran.

occulta quadam vi numinis divini excitatus, palam atque intrepide professus sum, in Coena Christi, præter nuda symbola panis et vini, nihil amplius dari vescens tibus; eaque absentium rerum figuram, ne quaquam vero res ipsas esse. Hac animi mei alacritate complures tum excitati, qui metu quodam territi prius mustabant, mox pedibus in eandem mecum sententia ibant. Non pauci disputationum & scriptionum libris primis dubijs reddebantur: paulo post confirmati, nos stras partes ultra sequebantur. Hinc tantus meorum numerus excreuit, & nominis mei authoritas tantum inualuit: ut etiam Pontifex Gregorius, huius nominis septimus, quemadmodum ex Legati Romani oratione supra intellexistis, opinionem meam arriperet & approbaret. Qua de causa Missarij satellites, & Christi sacrificies, nihil aduersus me meosque hostiliter minabant, cremare audebant. Postquam vero mea opinio multis iam grata esset facta, & multos adeptos patronos & laudatores: ibi demum Missarij satellites pro suo Missatico sacrificio solliciti, ne doctrina mea subuerteretur, me inopinatum, & nihil tale veritum, coram Leone Pontifice, huius nominis primo, grauius accusabat. Duobus igitur indictis a Pontifice Consilij, altero Romæ, altero Vercellis in Italia Transpadana, ego e' Gallia euocatus, neutrubi comparui. Cum autem tota penè Gallia, in doctrina Sacramentaria, hodiernis etiam temporibus, mecum faceret, & Leo ne primo extincto, Victor secundus a coetu Cardinalium in sedem Pontificiam collocatus esset tertium indicitur Concilium Turone in Gallia, in quo vices Pon-

Tom. 3. Concil.

fol. 60r. Alfonsus

de Castro lib. 6.

aduerf. haeres. Pas-

rag. Eucharist.

Prætolus lib. 11.

cap. 20. Catal. haes-

zeti.

Pontificis gesit Hildebrandus Cardinalis, postmo-
dum & ipse Pontificatum adeptus, & Gregorius se-
pimus nominatus: vt ante à quoque meminimus. Et
si autem hæc tria conuenticula aduersus me, meamq;
doctrinam acta sunt, & Berengarianismus in his om-
nibus pro Hæresi damnatus fuit: tamen confirmatis in
mea Religione animis, omnia Pontificum Rom. ana-
themata, quasi bruta fulmina, & ex pelui micantia, à
me meisq; consortibus neglecta atque contemta fue-
runt. Successit deinde in sede Romana Nicolaus se-
cundus, qui 113. Episcopos Romam conuocauit, &
conuentus egit in Laterano. Ac tametsi ego doctrinæ
nam meam, in illo Lateranensi Conciliabulo, vbi præ- De consec. distinet.
sens comparueram, semel atque iterum abnegauī: tas- 2. Parag. Fgo. Sas-
men, quia id metu supplicij, contra conscientiam com- bellicis lib. 3. Ene-
miseram, mox ad me ipsum redij: non vt canis ad vos-
mitum, sicut illi de me contumeliosè loquuntur, sed
tanquam Orthodoxus Simonis Magi discipulus & fi-
lius, ad mores & ingenium paternum reuersus. Per-
acto Concilio, Romanus Pontifex & Cardinales, te- Antonius Par. 2.
stante hoc Antonino, istam retractationem & abne- Titul. 16. cap. 1.
gationem, tanquam partam de me victoriā, in vni- Parag. 20.
versam Europam literis ac legatis disseminarunt: ex
quo factum est, vt illi, quibus de mea doctrina nihil
ante constabat, diligentius in eam inquirent, eamq;
non approbarent modo, sed me quoque in proposito
mirifice confirmarent. Atque utinam Romana Ec-
clesia Conciliorum istorū acta in medium proferret,
vt sententia meæ opinionis melius apud omnes inno-
tesceret. Nam utri verioribus & firmioribus argu-
mentis sua placita confirmassent, longè clarius ex actis
horum

96 Acta Concil. National. super

Miauthores ex-
tant Tomo 4. Bi-
bliothecæ sanctæ
Parisijs anno 1575,
impresso.

Vincent. par. 2.
Spec. hist. lib. 25.
cap. 30.

actis horum Conciliorum cognosci posset, quām ex
libris Lanfranci, Algeri, Guitundi Monachorum:
qui stylum aduersus me strinxerunt. Quod autem
huius Synodi Præses, initio de aduersariorum meo-
rum sententia dixit, esse quosdam, qui in contumeliam
saluberrimæ doctrinæ meæ scribant, me in extremo
vitæ limite in desperationem incurrisse, & omnispe sa-
lutis abiecta expirasse: rei ipsius necessitas à me postu-
lat, ut quid huic rumori insit veri aut falsi, paucissimis
in hoc honestissimo confessu declarem. Igitur sexto
Ianuarij, qui dies Epiphaniorum fuit, cum atra mortis
mihi ob oculos obuersaretur, & iudicium Dei consci-
entiam meam pulsaret, & insuper horribilis atque in-
gens Daemon (vt Beluacensis refert) meus forte
Genius, intra me & populi circumstantis multitudi-
nem appareret: ibi ego ad festum alludens (fatebor
ingenuè) in hæc prorupi verba: Domine mihi hodie
etiam apparebis ad meam saluationem, ut spero, pro-
pter pœnitentiā meam, aut ad DURAM MEAM DAMA-
NATIONEM, SICVT TIMEO, PROPTER EOS
QYOS PERVERSA MEA doctrina decepi. Causa
propter quas vocem hanc plenā spei bonaē emisi, fue-
runt omnino geminæ. Altera, quod, excepto hoc Re-
ligionis articulo de Coena Domini, in alijs omnibus
cum Romana Ecclesia consentirem: præsertim verò
in eo, qui de æterna salute dubitare omnes pios iubet,
nisi peculiari reuelatione aliquis de gratia Dei sit cer-
tus. Quis enim sciat, quando pro omnibus peccatis fa-
tisfecerit, de ihs satis doluerit, satisqué ea expiauerit?
Quid igitur mirum, si ego qui neque arcana reuelatio-
ne confirmatus eram, neq; pro peccatis meis satisfece-
ram?

ram: desperata salute, ex præscripto Romanæ Ecclesiæ vitam hanc ærumnosam, cum ærumnosiori morte commutauit? Altera causa est, quod ea doctrinæ meæ fuit ratio, quæ me ad hanc dubitationem & desperationem necessario impelleret. Nam quia non credidi, Verbo huic, per quod omnia creata sunt, & sine quo nihil est factum, dicenti: Hoc est corpus meū, sed contrā dixi: Hoc non est corpus tuum: quæ quidem manifesta est contradic̄tio: idcirco mihi tantisper hæsis tandem fuit, donec coram tribunalī ipsius certuin atque indubitatum, à iudice iustissimo & veracissimo responsum acciperem: & vter nostrū mendaciter ac falso locutus sit, cognoscerem. Verum enim uero, hic exitus vitæ meæ nihil prorsus incommodi attulit doctrinæ meæ: sicut neque Carolstadī & Zuingli int̄itus Zuinglianismo quicquam nocuit. Nam nihilominus in vniuersa Europa multi subinde viri doctili simi extiterunt, qui & doctrinæ meæ subscriberent, & me tanquam numen aliquod suspicerent, ac colerent. Quod ut clarius vobis illucescat, vnius discipuli mei Fulberti Cœnomanensis Episcopi carmen proferam:

Guilel. Malresburgens. de gestis
Anglorum lib 3.
cap. 59.

*Q*uem modō miratur, semper mirabitur orbis,
Ille Berengarius non obiturus obit.
Quem sacra fidei fastigia summa tenentem,
Hunc iam quinta dies abstulit, ausa nefas.
Illa dies damnoſa dies & perfida mundo,
Qua dolor & rerum summa ruina fuit.
Qua status Ecclesie, qua spes, qua gloria cleri,
Qua cultor iuris, iure ruente ruit.

N

Quic-

Vaticinium, Papirus Masonus annal. Franc. lib 3.
fol. 215.

Quicquid Philosophi, quicquid cecinere Poëtis,
Ingenio cessit, eloquioq; suo.

Sanctior & maior sapientia maius adorta,
Impletum sacrum pectus & ora Deo.

Pectus eam voluit, vox protulit, actio promxit:
Singula factoris sic studuere suo.

Vir sacer & sapiens, cui nomen crescit in horas,
Quo minor est quisquis, maximus est hominum.

Cui sensus præbet, paucos seruant honores,
Cui potior pauper diuine, iusq; lucro.

Cui nec desidiam nec lucrum res dedit ampla,
Nec tumidum fecit vultus, & altus bonos.

Qui nec ad argenteum, nec ad aurum lussina flexit,
Sed doluit, quoties cui dare non habuit.

Qui non cessavit in opum fulcire ruinas,
Donec inops dando, pauper & ipse fuit.

Cuius cura seq̄i naturam, legibus uti:
Et mentem vicijs, ora negare dolis.

Virtutemq; opibus, verum præponere falso:
Nil vacuum sensu dicere, vel facere.

Ladere nec quenquam, multis prodeesse, fauorem,
Et populare lucrum pellere mente, manu.

Cui uestis textura rudis, cui non fuit unquam
Ante stimū potus, nec cibus ante famem.

Quem pudor hospitium statuit sibi: quamq; libido,
Incestos superat, tam superauit eam.

Quem natura parens cum mundo contulit, inquit,
Degenerant alij, nascitur iste mihi.

Quaq; vagabatur, & penè reliquerat orbem,
Inclusus summo pectore iustitiam.

Vir sacer à puero, qui q̄into præminet orbi,
Fama tamen fame, præminet ipse sua.

Fama minor meritis cum totum pernolet orbem,
Cum semper crescat, non erit equatamen.

Controuers.de S. Cœna Domini. 99

Vir pius atq; grauis, vir sic in utroq; modestus,

Vi liuor neiro rodere possit eum.

Liuor enim deflet, quam carpserat antea vitam:

Carpit & odit eum, quem modo laudat, amat.

Quām prius ex vita, tam nunc ex morte gemiscit,

Et queritur celeres tantus abire dies.

Vir verē sapiens, & parte beatus ab omni,

Qui cœlos anima, corpore ditat humum.

Post obitum secum vinam precor, ac requiescam,

Nec fiat melior sors meas sorte sua.

Hac ille, & his similia alij multi elogia scripserunt:
quæ ego prætereunda censeo, ne mihi ipsi præconium
canere videar. Tempus nunc erat, vt aliquid de Ster-
coranistis dicerem, mea progenie. Sed quia de his Sa-
cramentarij Religionis socijs nostris, Iudei mentionē
fecerunt, & Albigesi illorum non sunt dissimiles, hoc
loco de illis dicere supersedebo, & hanc rem in aliud
tempus reiçiam. Anno deī 1124. erupit in lucem
Tanchelinus, vt à Mayero nominatur (nam Sigeber-
tus Tandemum, Trithemius Tauchelinum appellat)
qui ex sententia professionis meę Brugis in Flandria,
in falso habitu monastico, de quo gloriabatur, pro pu-
blica concione dixit: euomendum esse Sacmentum,
quod in die Paschæ sumeretur. Hac de causa Tanche-
linus, siue Tauchelinus à Clero, populoque Brugensi
damnatus, atque vrbe electus fuit. Etsi autem vita il-
lius, quam duxit turpissimam, doctrinę Sacmentarie
parum affert autoritatis: quia tamen de doctrina ipsa
ex vita & moribus cuiuscq; non est iudicandum, cū
sepe aduersarij odio alicuius Doctoris tēterrima & pes-
sima quæque confingant, quibus non tam personam,

Jacobus Mayerus
Annal. Flandr. lib.
4. fol. 37.
Sigebert Gembla-
censis sub Anno
1144. Trithem. in
Chron. Hirslau.
gient, fol. 155.

100 *Acta Concil. National. super*
quām Religionem illius deturpare student: idcirco
non dubitabo ea proferre, quae scriptores nonnulli de
vita & doctrina Tanchelini huius literis commendā-
runt.

Chron. Hirsaugi-
ens. sub. Anno
1124.

Præcolus lib. 18.
cap. 1. Catal. heret.
Bernhardus Lu-
xemburgus de hæ-
ret.

Caro non prodest
quicquam.

Sacramentarius à
Sacrificio marty-
rio coronatus.

Ex Hæretorum
sanguine Monachi
tanquam Scarabei
ex stercore equino
nascuntur.

Igitur, Anno 1124. (inquiunt) turbauit Ecclesiam
Antuerpiam Tauchelinus, qui quamvis Laicus es-
set, multis tamen Clericis etiam doctissimis in loquen-
do et disputando acutior, multos à fide Catholica misé-
rabiliter seduxit, sacri ordinis ministros, Episcopalem
& Sacerdotalem gratiam nihil esse confirmans, corpo-
ris quoque & sanguinis Domini Sacramentum su-
mentibus prodest negabat. Et in precioso apparatu
ac deauratis vestibus incedens, triplici funiculo, criniti
bus intorta, verbis persuasibilibus et conuictiorum ap-
paratibus, suos, qui eum circiter 3000 armati sequeban-
tur, alliciebat, & per eos in resistentibus sibi, cædes
operando fœviebat. Credebant ei Antuerpienses, &
in circuitu penè omnes, & reuerebantur eum tanquam
sanctum et missum à Deo, in tantum, ut etiam aquam,
qua corpus abluiisset, pro maximis reliquijs asportan-
tes biberent: cum tamen tantæ incontinentia esset &
impuritatis, ut filias in matrum præsentia, sponsasque
maritis intuentibus corrumperet, & hoc opus spiritua-
le assereret. Qui tandem post multos errores in popu-
lum disseminatos, & multas cædes in clerum factas,
dum nauigaret in navi, à quadam Presbytero percus-
sus in cerebro moritur. Sed nec post mortem eius opiz-
nio quam seminauerat, tam facile extirpari potuit.
Propter quod à Clericis loci illius Ecclesia cum aliis
quantis redditibus per manum Episcopi ad construc-
endum monasterium Norberto, Præmonstraten sis
ordinis

Controvers. de S. Cœna Domini. 101

ordinis fundatori, data est, quatenus eius doctrina & prædicatione hæresis illa de medio tolleretur, quod & factum est. Siquidem ipso prædicante, compuncti vi-
ri ac mulieres, corpus Dominicum, quod in cistulis &
foraminibus per decem annos & amplius reposue-
rant, ex contemptu & incredulitate, ad ipsum cum
poenitentia attulerunt, & ad Catholicam fidem reuer-
sifunt. Hæc illi.

Ex quibus pars est intelligere, primum hunc fuisse
Tauchelinum, qui Berengarianismum in Belgium
transfulerit: quodcum ab eo tempore in hunc usque an-
num doctrina mea in Belgio nunquam extincta fue-
rit. Nam Lauatero teste, Cinglius interpretamentum
verbi EST, per verbum SIGNIFICAT, ex epistola
cuiusdam Bataui Honnij primum addidicit. Refert
de eodem Tauchelino siue Tandemo Ioannes Tri-
themius, quod ab exitu illius, doctrina Tandemica
per annos 39. continuos, & postea annis 408. usque
ad sua tempora ad annum Christi 1508. cum adhuc

Ludo. Lauater in
histo. certam. Sac-
ramentarij mox
ab initio.

Carolstadius esset ignotus, longe latecum inclaruerit.
Ex secibus, inquit, Tauchelini Hæretici, quidam,
qui se Catharos, hoc est, mundos & solos Christianos
dici volebant: & SACROSANTVM CORPV &
SANGVINEM DOMINI NEGABANT: & licet per
fratres Sancti Norberti ea hæresis pro maiori parte sit
extincta, toties tamen repullulauit in diuersis mundi
provincijs, & maxim'e in Regno Bohemiae, in Alsa-
tia, in Thuringia, ut usque in praesentem diem, (claruit
autem Trithemius anno 1508. cum adhuc Carolsta-
dius, ut dixi, & Sacramentarij Nicodemitae siue Clanc-
ularij essent ignoti) veneno prauitatis suæ inficerit,

Chron. Hirsaugi-
ens. sub anno 1163,
tol. 193.

102 *Acta Concil. National. super*

& nec hodie creditur in toto extincta: quamuis valde
occulta sit, & paucissimis cognita. Nam metu ignis
semper occulta latibula Professores huius erroris ama-
re consueuerunt.

Papirius Masonus
lib. 3, Anal. Franc.
fol. 167.

Richardus Mona-
chus Cluniacensis
in Epistolat. & 2.

Prætolus lib. 14.
cap. 18, & lib. 7.
cap. 7.

Bernhardus Epi-
scola 148.

Stanislaus Hosius
in lib. de Mis
Prætolus lib. 8.
cap. 7. Catal. Her-
ret.

Circa hæc eadem tempora Tandemi, aut paulo
post quidam Petrus de Brucis exitit, Sacerdos Galli-
canus, a quo Petrobrusiani nomen acceperunt. His
cum in oppido S. Aegidiū vigesimū Sacerdotij suian-
um ageret, confortem doctrinæ nactus est Henrici-
cum, Monachum Gallicanum: a quo Henriciani co-
gnominati sunt. Ambo isti suam Religionem Sacra-
mentariam, quam vna nobiscum profitebantur, (Na-
Papirius de illis refert, quod docuerint tēpla dirui, cru-
ces deiīci oportere, & in Eucharistia verū Christi cor-
pus nō esse) ambo, inquam, suam religionē in omnire-
gno Galliæ & præcipuis Episcopatibus spargebant, vt
Arelatensi, vt Ebrodunensi, vt Diensi, vt Vapiciensi.
Inde expulsi, in Gasconia & Narbonensi prouincia
Tolosæ, vbi publico docendi munere fungebantur,
Berengarianismum cum laude & fructu propagá-
runt & propugnārunt. Adebat huius rei locuples testis,
Stanislaus Hosius, qui de utroque horum sic narrat:
Ante quadringentos annos, inquit, fuerunt Petro-
brusiani & Henriciani, qui & veritatem corporis
& sanguinis in Eucharistia negabant, & Missam nihil
esse contendebant. Ex quibus omnibus luculenter
patet, etiam ab hinc annis 450. in utroq; Regno, Gal-
lico & Belgico, hanc Sacramētariam opinionem, fru-
stra resistentibus Ecclesiasticis & Politicis Magistrat-
ibus, non minus floruisse ac viguisse, quam hodie in
istis

istis locis Calvinismus floret & viget. Eodem tempore circiter anno 1145. Clericus quidam Lismorensis cum associis suis publice profitebatur, in Eucharistia tantum esse Sacramentum, non rem Sacramenti, & pro sui ingenij viribus scriptitando, se fortiter defens debat. Dicebat enim Malachia disputanti, se non rationibus, sed potius auctoritate Archiepiscopi pres sum. Sed his clamoribus nihil aliud effecit, quam ut pro Haretico damnaretur. Cum autem huius doctrinæ sectarij, summa poenarum atrocitate & immanitate, quibus a Monachis & Sacrificulis torquebantur, non parum territi, consilescerent: propterea, quod Tandemus vita malitiosa, Religionem suam admodum suspectam reddidisset: commode factum est Anno 1160. Lugduni in Gallia, vt colloquentibus animi gratia quibusdam illius urbis ciuibus, unus res pentina morte subito examinatus concideret. Eares Petro Vvaldoni, qui eidem colloquio interfuerat, occasionem præbuit, vt de animæ suæ salute cogitaret aliquanto diligentius & accuratius. Erat enim homo potens & magnarum opum, cui dissoluta Clericorum vita, & mores improbi admodum displices bant. Itaque omnia bona, quæ possidebat, pauperibus distribuit, & associas sibi comparauit, quos à suo nomine Vvaldenses, & pauperes de Lugduno nominauit. Obiter hic silentio præterire non possum, quod magnus & grandiloquus noster ille Beza, in libello suo iconico, quem non ita pridem edidit, & virorum quo rundam clarissimorum, maximè sociorum, viuas imaginem expressit, Vvaldensium ceu fratrum mentio nem honorificem facit, & Vvaldenses ab Alpium anfras

Balæus Par. 2.
Cent. 10. cap 85.
Ap.
Guido Perpinianus de hæret. ca. 9.
Paul. Aemil. lib. 6.
de reb. gest. Franc.
Aeneas Syl. de origi
gin. Bohem. cap. 35
Nauclerus genera
tion. 39.

Alfonsus Castrenf.
lib. 3 hæret. 7. de
Baptis. aduers. hæ
ref.
Præteolus lib. 14.
cap. 13 Catal. hær.
Balæus Cent. 2.
cap. 94. Append.
Dubrauius lib. 14.
hist. Bohem.

anfractibus, in quos se iamdudum receperant fortis
decennium, postquam emersissent, & anno 1170, in
Lateranensi Concilio haereses damnati fuissent) ap-
pellatos. Pauperes vero Lugdunenses non à Petro
Vvaldone dictos, sed à Ioanne à Vvaldo, quodā meri-
catore Lugdunensi ditiissimo, quem perperam multi
conditorem cuiusdam sectæ existimant, qui tamen
propter suam celebritatem tantum præfuerit Valden-
sibus. Ut sit, parum refert, nobis sufficit hoc certe
scire, quod hi, postquam secessionem à Pseudoclericis
fecissent, & vitam moresq; ex præscripto Euange-
lii Christi emendassent, meam quoq; doctrinam de-
Cœna Domini amplexi sunt, publiceq; promulgav-
runt.

Ne autem existimet quispiam, Vvaldenses dis-
uersum à Berengarianis in hoc articulo sensisse, pro-
pterea quod nemo historiographorum expressam his-
tius rei mentionem facit, agite, proferamus aliquod
evidens testimonium ex recentioribus scriptis, quod
manifestum faciat, idem prorsus in Sacramentario ne-
gocio sensisse Vvaldenses, quod ego Berengarius S.
mei socij sentimus. Anno siquidem Christi 1506, po-
steri Vvaldensium Regi Vladislao confessionem fi-
dei & articulos Religionis obtulerunt: qui etiamnum in
typis vulgati extant: in quibus longa probatione in-
stituta de ascensu Christi in cœlos, tandem conclu-
dunt, quod Christus ante nouissimum diem naturali
suo corpore præsens in terra esse haudquam pos-
sit, sed certo loco ad dextram Dei resideat. Itaq; panem
alia ratione non esse corpus, quam qua Ioannes est,
& dicitur Helias. Sicut enim Ioannes non est ipsi
Helio

Controuersi de S. Cœna Domini. 105

Heliæ persona aut essentia, sed exemplum atq; imago
Heliæ: ita & panis figura tantum est corporis, non au-
tem ipsum Christi corpus. Fatentur idem Vvaldenses
isti, quod sit contra mentem Euangeliū dicere, Hic aut
illuc est Christus. Quare certum est, quadringentis cir-
citer annis, nihil prorsus de vera præsentia Christi in
Cœna Vvaldenses credidisse & statuisse. Anno de-
mum 1523, concionibus & scriptis Lutheri adducti,
suam confessionem Lutherò transmiserunt: & eius
dem iudicium expetierunt. Nam eo tempore Carol-
stadii nulla adhuc somnia, nulla per quietem visa
nocturna, nullas reuelationes expertus fuerat. Sed ac-
cepta Vvaldensium defensione, Lutherus nescio qua
calliditate miseris, & persuasu faciles homines in sen-
tentiam suam, à Berengarianismo, sicut & alios mul-
tos, fraudulenter abduxit. Nam resuscitato postea
Berengarij dogmate per Cinglium & Carolstadium,
Vvaldenses publico scripto contestatum fecerunt,
se a Lutherò meliora didicisse, quām a suis Maioribus
& progenitoribus ipsi accepissent. Vtrum ex animi
sententia hæ reliquæ Vvaldensium locutæ sint, an se-
cus, parum interest, quandoquidem meæ doctrinæ
defensores multò doctiores & acutiores hoc seculo
extiterunt, qui negligentiam Vvaldensium horum
egregie compensarunt.

Sed redeo nunc ad Vvaldonem, quem huius se-
cta patrem fuisse suprà audiūstis, Is cùm Lugduni
Religionem suam palam profiteretur, vñacum suis
sectatoribus vrbe eiectus, atq; in exilium missus est.
Magno ibi fato accidit, quod exulante Vvaldone, hec
doctrina per vniuersam Europam disseminabatur.

O Equis

Vide Luthe. Tom.
6 lenensi fol 115.

Vide Catalogum
testium veritatis
fol. 424.

106 Acta Concil. National. super

Equidem multa passim a Iurisconsultorum scholis
petita consilia, acti Romæ & Tolosæ conuentus, sans
guis innumerabilium hominum, qui idem nobiscum
sentiebant, magna strage profusus, facta modis omnibus
(quanquam frustra) omnium Vvaldensium in-
ternecio: deniq; tantis machinationibus contra socios
nostros actum, quantis nulla vñquam factio, prater
Arrianam, ab hostibus impedita fuit. Possem hæc om-
nia multis demonstrare exemplis, nisi prolixum id
foret. Sed breuitatis studio vnum tantum recitabo,
quod in consultatione Iurisconsultorum Aunionen-
sis Academie, & trium Archiepiscoporum, Narbo-
nensis, Arelatensis & Aquensis, in hunc modum le-
gitur: Quis est, inquiunt, solus ille peregrinus, qui
condemnationem Hæreticorum Vvaldensium igno-
ret, a longis retrò annis tam iustissimè factam, tam fa-
mosam, tam publicam, tot & tantis laboribus expen-
sis & sudoribus fidelium insecuram, & tot mortibus
infidelium solenniter damnatorum, publiceq; dan-
natorum, tam fortiter sigillatam? Fuerunt hi Vval-
denses etiam alijs nominibus appellati, Leonistæ, In-
sabatati, Publicani, Picardi: eō quod Vvaldo Lug-
duno discedens, in Picardiam commigrasset, ibiç
suos conuentus potissimum habuisset. Principiæ au-
tem Vvaldenses dicebantur: sicut ante paucos annos,
cum Rex Gallæ Franciscus, captos Vvaldenses Mi-
randolæ vtriusq; sexus, puberes atq; impuberes, sine
discrimine crudelissimè interfecit, & innumerabilem
hominum innocentum multitudinem ad internecio-
nem destinauit. Paucis annis ab exitu Vvaldonis in-
teriectis, triginta Sacramentarij ex Germania in An-
gлиam commigrarunt, ibiç circa annum Christi 1162.
Saluber,

Catal. test. veritat.
Balæus Cent. 2. ca.
96. append. & cent.
3. cap. 20.
Dubravius lib. 14.
Bohem. hist.
Sleidan. comm.
hist. lib. 16.

Polyd. Verg. Engl.
hist. lib. 13.
Balæus Cent. 2. ca.
45 & 97. append.

Controuers.de S. Cœna Domini. 107

saluberrimam hanc, de absentia corporis & sanguinis Christi à Cœna, doctrinam propagare instituerunt. Sed Anglia Rex, ut eos prohiberet, & cæteros homines ab illorum consortio absterreret, frontibus singulorum stigma, Oxonij, multis præsentibus Episcopis, cædenti ferro inussit. Dux illorum fuit Gerardus quidam, cuius asseclas in Gallia, Italia, Hispania & Germania fuisse Neubringensis testatur. Erat ijsdem temporibus Coloniæ Archiepiscopus Reinoldus: qui horum Vvaldensium ingentem numerum urbem ingressum, comprehendit, examinavit, condemnauit, & sanctos Martyres, cum duce Arnoldo, pro Hæreticis igni cremauit. Refert de Vvaldensibus illis Cæsarius, quod iam condemnati ad rogum, prius panem & aquam petiuerint, vt his symbolis Cœnam Domini ante mortem, ex instituto suo veteri celebrauent. Sed hæc illis denegata fuisse perhibet. Ex quo manifestissimum est, nihil ipsos, aut certè parum de Cœna Christi sensisse, necç corpus & sanguinem illius exhiberi fruentibus, vñquam credidisse. Statuerant enim symbolis quibuscumq; absentem sibi Christum designari & denominari. Itaq; contra institutum Seruatoris Christi pro vino aquam adhibebant, tanquam rei inanis, inane & nudum symbolum. Sic quidam Vvaldenses ex labrusca, quidam ex pane in vīnum tincto, quidam ex uno vasculo Synaxin accipiunt: alij conficiunt ex aceto, quidam Eucharistiam seruant in Cameris & in hortis. Atq; hoc modo Sacramentaria ista Religio, in omni Europa publicè defensa & propagata fuit, necç intra priuatos parietes, in latibulis aut diuerticulis se continuit. Nam posteri nostri Vvaldenses, suæ Religionis exercitia publica in Gal-

Cæsarius dist. 2.
cap. 19.

Catal. test. veritat.
de Vvald, fol. 438.

lia Narbonensi, itemq; in valle quadam, iuxta radices Alpium, non ita procul à Mediolano, vocata Lucera, præsertim autem sedes suas in Bohemia retinuerunt, & ut ilia rumpantur omnibus aduersarijs, fideliter atq; syncerè ad hunc usq; diem conseruārūt. Nec est, vt miretur quispiam, qua ratione Vvaldo & socij illius, homines illiterati & rudes, omnisq; Philosophie & Theologiae prorsus ignari, tam subtilia argumenta Berengarij capere potuerint: aut quānam fronte Christo, dicenti: HOC EST CORPVS MEVM, oblocuti sint, dicendo: HOC NON est corpus tuum. Evidēt Vvaldenses isti peculiares habuerunt scholas, in quibus multos viros doctos educarunt; neq; suis etiā Philosophis caruerunt, qui tanquam antesignani primam secuerunt glaciem, & Sacramentariæ opinionis fundamenta posuerunt. Evidēt Petrus Abailardus homo Anglus, Praeceptore usus Rutelino Britanno, vt referunt Cario & Auentinus, insignis fuit Peripateticus. Huius parastatæ & synergi erant Arnoldus Brixiensis Episcopus, & Gilbertus cognomento Poreanus, insignis Philosophus, Pictauorum Episcopus: qui circa annum Christi 1140. vixerunt. De his Bernhardus in epistola ad Episcopos & Cardinales Cus. nro 190. scripsit: Legite libellū, quē dicunt sententiarū eius, nec nō & illū, qui inscribitur: Scito te ipsum: & animaduertite, quātē & ibi sylvestrant segetes sacrilegiorū atq; errorū, quid sentiat de anima & persona Christi, de descensu ad inferos, de Sacramēto altaris &c. Et iterū: De virtutib; & vitijs non moraliter, de Sacramentis Ecclesiæ non fideliter, de arcano sanctæ Trinitatis non simpliciter disputat, sed cuncta nobis in peruersum, cuncta præter solitum, præter quām accepimus.

Pascicul. tempor.
et stat. 6. Carion lib.
3. Chron.

Auentin. Annal.
Boior. lib.
Papirius Massonius.
lib 3. Annal. Franc.

Bernhardus in epi-
stola ad Episcopos
& Cardinales Cus.
nro 190.

Papirius V.S. ex
Bernardo.

110 Acta Concil. Nationalis super

2.4. q. 2. Parag.
finali.

Robertus Gaguinus lib. 6. hist.
Franc. Naucier,
genet. 41.

Cæsarius dist. 5.
cap. 22.

Ibidem.

Idem.

tam Hæretica censenda sit, quām insana. Et hic quidem Almaricus, vir diuinissimus, demum post mortem se pulchro exemptus est (nam Romana Ecclesia Hæreticos etiam post mortem anathematizare solet, vt in Canone dicitur) & pro Hæretico exustus. Vt autem Origenis discipuli, præceptoris sui placita sine villa contradictione approbabant &, Pythagoricorū more, ita rogo εφεντιον in omnibus controversis rebus dicebant: ita etiam Almarici successores & affecclæ, magistri sui discessis in omni proposita materia assentiebantur: & quia ea Schola, (vt refert Cæsarius) fons totius scientiarum, & puteus diuinarum Scripturarum habebatur, idcirco multi viri doctissimi ex ea, tanquam ex equo Troiano prodierunt. Nam Guilelmus Pictaviensis, professor, Bernhardus subdiaconus, Guilelmus aurifex, Stephanus de Cella, Ioannes Sacerdos de vncinis, Dudo, Zodo, Barinus Sacerdos, Ulricus de lucri Sacerdos, Petrus de S. Clos, douualdo, Stephanus Diaconus de veteri Curbuelo, omnes Theologi, docebant: non aliter corpus Christi in pane altaris esse, quām in alio pane & qualibet re. Neque horum tantum, quos modō nomini- nauimus, ista fuit opinio, sed eadem præcipios Ar- chiepiscopatus, Parisiensem, Treccensem, Lingo- nensem atque alios perreptabat. Ex ijs autem, quos recensuimus, nonnulli Almaricani exusti, quidam per- petuis vinculis mancipati fuerunt. Vnus illorum me- tu mortis, abiecta et abnegata fide, vitam Monasticam induerat, & peccati expiandi causa, in Monasterium ingressus fuerat. Memorabile est, quod historici refe- runt, priusquām Sacerdotes initiati profanarentur, &

Controuers. de S. Cœna Domini. III

rogo iniſcerentur, horribilem ingruisse tempeſtatem,
non fecus, ac ſi fractus illaberetur orbis. Nam hoc arſ
gumento diuinitus edito, innocentia sanctissimorum
Martyrum, & veritas Confessionis ac doctrinæ illorū
comprobata & confirmata fuit. Sed ne hoc quidem ſiz Ibidem.
lentio prætereundum videtur, quantumuis figmenti
& fabulae ſpeciem de ſe præbeat, quod princeps huius
Almaricanæ factionis, noctu ad oſtium conclusæ
peruenierit, eiq; valedixerit: & cum ab ea interrogareſ
quo nam iret, cum Diabolo coniuiratum ſe ire reſponſ
derit. Hæc ſi vera ſunt, non dubitantis iſta vox fuit,
ut Berengarij, ſed plane desperati. Cum autem ſuſpi
cio quorundam animis inſeditſet, qui præter ſuprā di
ctos, plures Berengariani dogmatis affortores, & clan
destinos Almaricanorum diſcipulos eſſe opinabā
tur: idcirco Petrus Parisiensis Episcopus cum Fratre
Guarino, qui Philippo Regi a ſecretis erat, callidum
iñit consilium. Erat Lutetijs quidam M. Rodulphus,
patria Namurcius, homo versipellis & perquām aſtu
tus, ordinis Sacerdotalis, & ſatelles Mifaticus. Hunc
ambo ſubornant, & magnificis pollicitationibus & ſpe
impunitatis & remiſſionis omnium peccatorum pro
poſita, eō impellunt, ut Almaricanæ factioni ſe affoci
eret, eandem cum illis professionem fidei ſimulet, ſingu
lorum nomina conſignet, mores & facta obſeruet, ar
ca illorum exploret: atq; hæc omnia Regi aut Epis
copo Parisiensi clām detegat. Cui verutissimo con
ſilio, cum homo versatilis & varius, quiduis ſimulare
ac diſsimulare doctus, protripte paruifet, & iam pro
Almaricano inter homines ignotos & credulos ſe ge
teret; ita ut plerique eum pro amico & ſocio agnoscen
t.

Gaginuſ. V. S.
Vincent. Vb. S.
Nacl.
Cæſarius diſt. 3.

rent, & arcanis reuelationibus, quas ille calidè mens
tiebatur, fidem haberent: factum est, vt omnia ipsos
rum secreta & occulta consilia penitus exploraret, &
nomina insuper diligenter connotaret. Quæ cùm ille
ad Regem postea, vt constitutum erat, detulisset: mul-
ti Almatricani proditi, capti, custoditi, condemnati, &
flammis exanimati sunt, solisque impuberibus & fo-
minis parsim est. Ex his à me commemoratis, ni fal-
lor, abunde satis intelligitis, Vualdenses Sacramenta-
rios, non fuisse illiteratos & rudes tantum homines, sed
viros authoritate claros, eruditione insignes, pietate
graues, & omni laudum genere præstantes. Quare
etiam doctrina Vualdensium in magno habenda est
precio, cùm à tot tantisque viris propugnata, et sanguis
nis profusione confirmata sit.

Oppressis à Pontificio Regno Vualdensibus, &
metu periculi omnibus perterritis, circa annum Chri-
sti 1210. repente & cateruatim eruperunt Albigenes,
primum Romæ, postea in Gallia exorti. Hos ab Al-
biga Cadurcorū ciuitate, ad auriferū Tarnem sita Al-
bigenses, & ab alijs locis, in quibus vixerunt, scriptio-
res nominant Albios, Albianos, Albienses, Bagnos
lenses, Baiolenses, Concordienses, Cozocenses, Aga-
nenses: quorum ex numero non abiecti et plebejiani
tum erant homines, sed viri principes, ex Regum &
Ducum familij oriundi. Censebant autem corpus
Christi in Cœna, sicut in alijs rebus inesse: quod idem
est, ac si quis dicat, Christum in sua Coena perinde es-
se, vt sit in rapo, aut frusto casei. Doctrinam hanc ac-
currebat mutuatis sunt Albigenes, vt ait Gaguinus, aut
certe ab Origene & Manichæis, vt inquit Cæsarius.
Neque

Sibell. Tom. 2.
Enead. 9, lib. 6.
Chron. Noriber-
genf. ætat. 6.
Alfonsus de castro
lib. 8. Parag. Iura-
ment. & lib. 2. Pa-
rag. Aia, hæref. 8.
Papirius Masonus
lib. 3, anal. Franc.
Cæsarius dist. 5.
cap. 21. Paulus Ac-
milius lib. 6. deres-
bus gest. Franc.
Balæus cent. 3. cap.
65. Append. Prate.
lib. 1. cap. 23. catal.
hæret.

Controuers. de S. Cœna Domini. 113

Robert. Gagui lib.
6. hist. Franc. fol.
101. Cæsarius dist.
5. cap. 21.

Neque hoc à vero alienum est, quod dicit Cæsarius: quandoquidem supra demonstratum est, Manichæos Sacramentarios, idem cum Cingilianis & Caluinistis sentire. Nam quicunque de persona Christi aliter sensit & loquitur, quam Oecumenica illa quatuor Concilia statuerunt & decreuerunt: Sacramentarius ut sit, necesse est. Cæterum hæc Albigenium coniuratio, Cæsar. vb. 6. intra paucos annos supra modum inualuit. Nam Cæsario autore, ultra mille oppida & vicos in sua potestas habuerunt, totumque comitatum Tolosanum occuparunt: nam loci illius Præses in eadem cū illis erat sententia. Nec absq; causa grauissima tantis se viribus confirmarunt & præmunierunt: quippe armis suā Religionem defensam cupiebant: si forte eadem illis euerint à Romanensibus mala, quæ nuper admodum Vaudenses oppresserant. Si enim Concilijs Pontificis & Episcoporum, ad rogam condemnati fuissent, iam iam in procinctu erant statuti, & se suamque doctrinam ferro protecturi. Evidem bonam in spem venerant omnes Albigenes, propediem fore: vt intra dies paucissimos doctrina hæc Sacramentaria, per ipsos interpolata, tanquam commune incendium in tota Europa exardesceret. Nam Christianæ Reipub. Principes & Reges, tum temporis grauissimis bellis, aduersus exterias & barbaras gentes distinebantur. Et facile intelligebat Romanus Pontifex, irrisuros fatuum sui anathematis fulmen omnes Albigenes: quandoquidem Legati Pontificium, Petrum de nouo castro, ad se causa excommunicationis missum, interfecissent: neq; ad Conciliū euocatos sese apparituros, sed armis, ferro & igni statum Ecclesiæ reformaturos dixissent.

P

Itaq;

*Antoninus Par. 2.
Tit. 19. cap. 1.
Parg. 2.*

Itaq; ad extreñū illud, atq; vltimum remedium decurritur, quod nisi in ipso orbis incendio, atque in desperatione salutis, nunquam a Romanis Pontificibus ante discessum est. Instituta enim & publice indicata prædicta catione crucis, vt vocant, plenaria remissio peccatorum omnium, quæ quis ab infantia prima commis-
serit, omnibus illis promittitur, qui arma aduersus Albigenses fu[n]nerent, & manus in illorū sanguine abluc-
rent: sicut huius rei Beluacensis author est. Illis etiam, qui in expeditione prius morerentur, quam Romanus Pontifex D. Petro mandatum esset daturus, ut absque vlla tergiuersatione, intra cœli tecta Albigensium fios
stes reciperet.

His ita constitutis, Lupoldus Dux Austriae, & Si-
mon Comes Montisferrati, cum innumerabili exerci-
tu Germanorum, & Galliarum rex cum ingenti manu ad
bellum se præparabant: nec non & Hispani atque Ita-
li: in primis vero Episcopi potentissimi, Tofanii,
Nemensis, Baiocensis, Londonensis, Agatenfis, Bitri-
censis, Narbonensis, et Conuenarum: præterea Abba-
tes quamplurimi, & sanctissimi Patris Legati principes,
vno consensu, & vnanimi conspiratione ad arma
concurrebant. Erat idem studium, & eadem animo-
rum cupiditas in omnibus, ut miserabili Sacramenta-
riorum cæde, Deorum immortalium fauorem emere-
rentur, & in vita sempiterna triumphum de superatis
hostibus agerent.

Ne autem Innocentius III. Cerberus seruorum
Dei, qui bellū huius autor & inceptor fuerat, male au-
diret, quod ipse ex pastore bono factus esset lupus ra-
pacilis

pacissimus: emitit duodecim Abbates, ordinis Bernhardini, ut suis Concionibus Hæreticorum doctrinam ex verbo Dei conuellerent. Magna illi pompa & ostentatione, ut fert ipsorum natura & consuetudo, in vrbes & vicos ingrediebantur: magno satellitio sti-
pati incedebant.

Quodcum Didacus, quidam Hispaniæ Episcopus, animaduertisset, docet, nihil aut parum ipsos sua doctrina effecturos: præsertim apud ignobile & rude, ac simplex hominum vulgus, si tanto cum apparatu & luxu aduentaret. Hortatur, ut exemplo Dominici, seu potius Dæmonici, qui ordinem Prædicatorum prius instituerat, humiles & simplices, Hypocritarum more, ingrediantur. Etsi autem consilio boni viri huius obtemperare instituebant: tamen carnificum Epichiro rematis, ut Hieronymus loquitur, qu'ām sacrarum litterarum testimonij, agere malebant. Nam expugnatis Biterris, celebri Albigensiū vrbe, cum milites quendam horum Abbatem interrogarent, quomodo agentes cum illis, qui se Catholicos ex Albigensibus profiterentur: ille ratus metu periculi aut mortis aliquos Albigensium sese Catholicos falso dicere, milibus respondit: Omnes occidite, neque cuiquam parcite. Nouit Dominus, qui sint sui. O virum fortē, o reli- giosum Monachū, o concionatorem, & seruum Christi humilem & sanctum. Quis vocem hanc Monachū dignam fuisse non iudicet? quis Catholicum Spizianū ex operibus suis non agnoscat? Facetē mihi nunc in mentem venit Romani illius Ducis oratio, qui diceret solebat: malle se vnum ciuem conseruare, qu'ām mille hostes perdere.

Vincent Par. 3,
Spe. hist. lib. 29.
cap. 93. Anton.
Par. 3 Sum. hist.
Tit. 19. cap. 1. Pas-
rag. 3. Cæsar. dist.
5. Parag. 1. Prato-
lus lib. 1. cap 23. in
catal. hæret. Bern-
hard. Lucemburg.
in catal. hæret.

Cæsar. dist. 5.
cap. 21.

116 Acta Concil. National. super
Cæterum, & hoc magnam Sacramentariæ Religio-
nis opinionem & laudem attulit Albigensibus, quod
Cinglianorum more altaribus pro latrinis, et tegumen-
tis altarium pro anitergijs vtebantur: sicut narrat Cesa-
rius.

Idem filij mei Caluinistæ, haud ita pridem facti-
runt in Belgio: qui similiter oletum in altaribus fece-
runt, & lingua Belgica circum oras altarium scripe-
runt, dat iſ ſ min Line: Hoc est corpus meum.

Quidam ex meis caſtris miles Berengarianus, in al-
tarī meretricem subagitauit: & expleta libidine, ſimus-
lachro Christi crucifixi manus & pedes p̄cedit, &
obtorto fune reliquum corporis truncum, non alię
circum omnes vrbis vicos raptauit, quām Hectoris
cadauer circa Iliensiū muros immitis vectauit Achili-
les. Quid multis? Confer historiam Albigensium
cum gestis Cinglianorum in Gallia & Belgio: dispe-
ream, ſi non per omnia æquales vtrosque inuenias.
Nam in profananda Coena Domini, in euertendis ma-
ginib⁹, diripiendi templis, contaminandis omnibus
locis, planè idem fecerunt Albigenses, quod hodie fa-
ciunt Sacramentarij, Caluinistæ & Cingiani.

Videamus nunc, quibus modis Romani Catholici
errantes Sacramentarios in viam reduxerint, & quie-
bus remedijis ægrotas hominum mentes sanauerint.
Biterris, vt dixi, ſuperatis, cruce signati milites Sacra-
mentariorum 7000, in caſtro Mineruæ 150, in Pro-
uincia Narbonensi 400, Parisijs 40, contrucidarunt,
in caſtro Vari, Tolosanæ ditionis 400, combuſſerunt,
80, decollarunt: Almericum principem à patibulo ſu-
penderunt: Dominam caſtri Girardam in puteum
denter.

Christianus Maſſ.
lib. 17. Chro. Vinc.
Par. 3. hist. Spe. lib.
29 cap. 9. 106. Ant.
Par. 3. Sum. hist. 67.
append. Bal. cent.
3. cap. 67. append.
Paulus Aemil. lib.
6. de gest. Franc.
Blondus Decad. 2.
lib. 6 Naucler. ge-
ner. 2. 1.

Controuersie S. Cœna Domini. 117

demersam, lapidibus obruerunt: Biturigibus septem
mille confoderunt: in Castro Agenois 74. strangula-
runt, catetos fumo nathera sūt miserunt. Similiter
expugnat Careo, Apistagio, Galliaco, Causaco, Fas-
no Marcelli, Fano Antonij, Modaco, & alijs urbis
bus, ferro, igni & laqueis, quæ Catholicorum Romas-
nensium argumenta sunt, cum miseris Sacramentarijs
conuentum, actum, & disputatum fuit.

Anno sequenti, qui fuit à Christo nato 1213. ite-
rum collectis viribus, ope & auxilio Petri Arrago-
num Regis, Comitis S. Aegidij, Comitis Fuxi, & alio-
rum confirmati, Simonem Montisferrati Comitem,
& Cruce signatorum Ducem in Castro Murello ob-
federunt. Sed hic eruptione in hostem facta, septendes-
cim millia Albigensium cecidit, neq; suorum plures
in acie desiderauit, nisi octo & vnum ex nobilitate, si-
modi scriptores vera memorant. Victoriam hanc id-
circo Deus illi concessit, quia plenariam peccatorum
remissionem à Pontifice promissam, admittere no-
luit.

Affecti hac clade Albigenses, cum de Christiæ
norum auxilijs desperassent, ad Regem Maroccen-
sem, Miramolinum, Saracenum in Africam confus-
gerunt: & quia Saracenicus Alcoranus, à Sacramenta-
ria opinione parum aut ferè nihil discrepat, facile opē
& copias militares ab eo impetrarunt. Contracto igit
tur exercitu Africano, in Hispaniam ingressi sunt Auentin. in Anal.
Boior. Saraci, ut Sacramentarij Albigensibus subsidio
contra hostes Catholicos venirent: sed priusquam vi-
res suas cum Albigensibus coniungerent, 16. Iulij, an- Platina in Nocens-
tio 3. no Christi, 1214. cæsi sunt, amissis in prælio sexaginta Blondus Decad. 2.
lib. 6.

118 Acta Concil. Nationalis super

Nauclerus in Ge-
net. 4.

Fulgosus lib. 1.
cap. 1.

Bernhardus de Lus-
cenburgo in Catal.
Hæret.

Michael Ritus lib.
2. de reg. Francor.
Robert Gaguin.
lib. 7. cap. 1. hyst.
Franc.

Balæus Cent. 3.
cap. 97. Append.

Cæsar. dist. 9. ca. 3.
52. 55. & 56.

Cæsar. dist. 7. ca. 3.

millibus, & Rege in furgam coniecto. Occuparunt
men in eo bello Saraceni Regnum Beticæ, idq[ue] ad
tempora vsq[ue] Alfonsi & Elizabetæ Castellæ Regum
obtinuerunt. Neq[ue] mihi dubium est propediem fore,
ut posteri mei, Calvinistæ, præsertim qui adhuc latent,
Barbarorum auxilijs contractis, magnam hostibus
suis cladem sint illaturi.

Vixit Colonæ Monachus quidam, ordinis Pra-
dicatorum, annis ab hinc septuaginta, qui scriptis pro-
didit, in hoc Albigensium tumultu cæsa fuisse cente-
na millia Sacramentariorum. Ludouicus etiam Octas-
sus, Rex Galliarum, anno Christi 1228. Auenio-
nem ob sedit, & tandem expugnat, eiectis illinc omni-
bus Albigensium reliquijs. Postea, anno 1236. Ro-
bertus Brugelis, ex Schismatiko & infideli, factus Mo-
nachus Dæmoniaster & Inquisitor, ope Regis Gal-
liae multa millia Patrinorum & Bulgarorum (his enim
nominibus Albigesij nominantur) in Gallia & Flan-
dría interemit. Neq[ue] vos frustra mentionem Flandri-
rum in hac historia fieri cogitetis, quandoquidem illis
in locis, & propè etiam in omni Belgio, etiam Othoni
Quarto imperante, complures fuerunt Sacramentarii,
& quidem ex Sacerdotali ordine, plures quam hodie,
qui hoc Sacrementum in luto prouoluerunt, pedis
busq[ue] conculcarunt. Quin etiam Presbyter quidam
Coloniensis ad S. Andream, in quodam colloquio di-
xit: Ego semper putabam, speciem panis & vini post
consecrationem tantum esse Sacrementum, hoc est,
signum & representationem corporis & sanguinis
Christi. Quòd autem sunt, qui dicant & scribant, illis
temporibus diluvio inundasse Belgum, & centena
millia.

Controuers. de S. Cœna Domini. 119

millia hominum in aquis perisse propter Albigensium Religionem, & Cœnæ Domini prophanationem, id à vero alienissimum est. Nam ideo Belgicæ vibes poenam fuerunt, quod veritatem doctrinæ Albigensis agnoscere, & acceptare noluerunt.

Possem adhuc multo plura commemorare, quæ hoc seculo in re Sacramentaria raptim atq; turbatè acciderunt, nisi temporis exiguitate, & rerum aliarum multititudine excluderet. Sed quia propositum mihi est, totam historiam ab initio usq; ad finem pertexere, ut intelligatis, quæ cuiusq; Sacramentarij fuerit opus, & quibus in diverticulis singuli latitârint, quodq; longe major Sacramentariorum numerus fuerit illis, quam nostris temporibus: idcirco in aliud tempus ista reiçiam, & hoc conuentu peracto, data occasione, contam hoc honestissimo cœtu prolixè omnia percens sebo.

Duo supersunt, quæ vobis exemplo Albigensium in memoriam reuocanda iudico: alterum, vt diligenter apud animos vestros cogitetis, quæ facies Ecclesiae tum temporis, & quæ nunc proximè præteritis viginti annis, in aliquibus florentissimis regnis fuerit: quam p̄ijs conatibus Sacramentarij sanctam de Cœna doctrinam propagare: aduersarij vero, quibus artibus hanc radicitus extirpare conati sint. Enimvero si ista tempora cum Albigensiorum gestis componantur, ouum quo non erit similius, quam Calvinistarum historia historiæ Albigensium: De qua re iudicent eruditii, & quid amplius à viris bonis cogitari possit, diligenter expendant. Alterum, quod Albigensium clades & miseria longe maior fuerit, quam Christias norum,

120 Acta Concil. National. super

notum sub decem primitiæ Ecclesiæ persecutorib;
bus, Nerone, Domitiano, Traiano, Vero, Seuero, Ma-
ximiano, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletian-
o, crudelissime ab hostibus suis oppressorum. Nec
enim illa secta fuit, quæ tantis viribus, tantoq; conatu
Religionem suam armis propugnauit, quām hæc Al-
bigesiorum factio, quæ etiam fœdus cum Barbaris &
exteris nationibus iniuit. Referunt autores, quod Dio-
cletiani & Maximiani crudelitate intra triginta dies,
septendecim millia Christianorum imperfecta, & mar-
tyrio coronata fuerint. Sed quæ ista sit proportio, si
cum Albigensium numero conferatur? Isuardus Mo-

Marius Belg lib. i.
cap. 3 de schisma-
tib.

Fascicul. tempor.
ætat. 6. fol. 64.
Naucle gener. 28.
Polydorus Verg.
lib. 6. cap. 2. de re-
rum inveni-
torum inveni-

nachus, cui optimus Imperator Carolus magnus
mandauerat, vt ex omnibus historijs & Martyrolo-
gijs numerum eorum colligeret, qui propter fidei Chri-
stianæ confessionem omnibus temporibus interfeci-
erent, instituta diligent inquisitione, tandem inueni-
quod singulis diebus, 300. Martyrum anniversaria
memoria (nam Ethnica mortuorum Christianorum
æποθέωσις nondum erat in naturam rerum introduc-
cta) passim celebraretur. Quod si 365. dies (tot enim
annus in se continet) accipias, & 300. illis Martyribus
multiplices, prodibit numerus, sexcenties & nouies
mille quingentorum Martyrum. Ingens hæc est, &
penè ineffabilis multitudo. Sed nos Sacramentarij lon-
gè superamus hunc numerum, vt suo tempore id pa-
tebit. Nec tamen tot cædibus innocentium sanguino-
lenti tyranni exatiati sunt, vt non etiam in reliquias
nostras dirissima quæq; statuerint, fortunasq; nostras
in id discrimen adduxerint: vt, nisi Deus Opt. Max.
hanc Sacramentariam doctrinam conseruatam vo-
luisse.

luisset, iam olim ex hominum memoria prorsus fuisset
abolita. Non possum hoc loco crudeles, & plus quam
inhumanos, omnium doctrinæ nostræ hostium, præ-
sertim Regum Galliæ & Reimundi, Comitis Toloz-
fani, conatus reticere. Extant decreta sanguinaria
contra nostros, apud Papyrium, Annalium scripto-
rem, quæ h̄c recitare, nimis foret prolixum. Vos ipsi,
qualia sint, legendo cognoscite. Dubium mihi nō est,
si ea diligenter pensaretis, quin illoco sitis intellecturi,
quam atrocia, ob Religionis nostræ confessionem, si-
mus perpessi, & quam immanum flagitiorum rei
acti. Cum autem nusquam liceret tutis viuere in Gal-
lia, multi pientissimi & optimi viri exulare coacti
sunt; & multi Orthodoxi Sacramentarij extremos
Britannos adire maluerunt, quam cum imp̄is Vbi qui
tarij habitare. Idq; iusto Dei iudicio: vt ingratitudo
hominum fuga bonorum puniretur, & veritas in alijs
locis propagaretur.

Anno igitur Christi 1250. Albigesiorum doctrinæ Balæus Cent 4.
na etiam in Anglia caput extulit. Nam alijs in locis cap. 4. Append.
inquisitorum Hæreticae prauitatis tanta erat crudelis-
tas, vt nemo Albigesius ne hiscere quidem auderet.
Itaq; factum est, vt Sacramentaria doctrina intra pa- Balæus Cent 4.
ties priuatos latuerit. Demū anno Christi 1306. Ere- cap. 82. Append.
mita quidam, in templo D. Pauli, apud Londinienses
publice affirmauit, Sacraenta nequaquam à Christo
ita esse instituta, vt à Catholicis administrentur &
vſurpentur. Poenam hanc esse ingrati huius mun-
di, qui contempta & neglecta Berengarij doctrina,
quam gratis conseruare potuissent homines, som-
nia Monachorum Prædicantium & Minorum, tan-

Q quam

122 *Acta Concil. National. super*

quam locustarum strepitus audire & approbare cogatur. Hinc illa aduersorum meorum vox profecta est, quod dicunt, ex morte meorum discipulorum suis binde nouam progeniem viperarum exoriri, sicut ex medullis hominum mortuorum serpentes pronascantur.

Sabellicus Ennead.
9.lib.6 fol.735.

Censentur autem, ut & hoc obiter addam, ordinis Prædicantium vna & viginti prouinciae, Cœnobia quatuor millia centū quadraginta tria. Et in his initia torū sex & viginti millia, quadragecenti sexaginta milia. Hanc proluuiem oculosorum ventrum stulti homines enutrire & cibare, & malam insuper ab illis gratiam referre coguntur. Nunc ad propositum reuertamur, & in percensendis Sacramentarijs pergamus.

Dictum est huc usq; de Albigesijs, & quanta animorum contentionem, sumptis armis & bellis excitat, Sacramentarium dogma illi defenderint. Sed quia Religio armis non potest obtineri, propterea quod inferiores à potentioribus opprimuntur, ideo insecutis temporibus doctrina Berengariana multo austiori & laudabiliori ratione resuscitata fuit. Anno enim Christi 1315. prodij nouus ordo Flagellantum, siue Niniutarum, qui doctrinam Sacramentariam in vniuersa Germania, inter alios articulos suæ professionis etiam hominum animis instillabant. Decimus quintus Religionis Flagelliferæ articulus est hic: Si Christi corpus esset in Cœna, iam dudum esset absumptum, et si amī montem sua magnitudine æquaret. Decimus septimus hic est: Si Christus est in Cœna, tum Sacerdotes Missarij longè erunt deteriores Iuda Iscariothe, qui 30. illum vendidit argenteis. Perugata est hæc seca multas nationes, durauitq; ad annos quadraginta, & mul-

Sebast. Franc. in
Chron. fol. 400.

Alphonsus de Cas
stro lib. 2. parag.
Aqua aduers. hæc
ref omnes.

Controuers. de S. Cœna Domini. 123

multos præstes & graues viros sectatores habuit, ita
vt se per numerò aliquot millia Flagellatorū, vñ à iter fa-
cerent. Sed vt probè intelligatis, qui nam illi Berens Ioan. Auct. lib. 7.
gatiani fuerint, breuiter ex historijs id commonistra-
bo, in quibus hæc leguntur.

Profecta ex Germania superiore mala quædam,
& miseranda mortalium secta, qui fratres Cruciferi &
Flagellatores vocabantur, crucibus rubris erant si-
gnati à fronte & à tergo, vagabantur per varias classes,
bis se palam de die, semel de nocte clam nudos ad
sanguinem usq; flagellabant, nemo ex illis mendica-
bat, nemo in consortium admittebatur omnino inops,
nemo nisi peccata sua confessus, nisi de consensu suæ
coniugis, nisi iniuriam omnem inimicis remisisset.
Hos adeo admirati sunt initio Germani, vt certatim
ad mensas omnes vbiq; suas inuitarent. Sed nusquam
bis pransi sunt, aut morati ultra diem aut noctem
vnam. Cœpit se illis iungere ex omni ferè ordine &
ætate magna hominum multitudo. In Flandria, Anz Balæus Centur. 4.
glia, & multis Germaniæ locis illis sociabantur sectæ cap. 2 Append.
quædam nouæ, quæ Lollardi, Cellani, Beggardi vo- Præcolus lib. 4 ca.
cabantur, simul Monachæ quædam, quas Lutas ea 7. Catal. Hæret.
etas appellabat, ortæ (vt Castiensis refert) ex Vuicle Alfonfus aduers.
fo Sacramentario nostro, quarum Coloniæ aliquot hæret. lib. 2. parag.
millia reperiabantur. Cœperunt & concionari ad pos-
pulum, sed nec Sacerdotes, nec Euangelion, nec rem
diuinam, IPSVM QVB CORPVS DOMINI REVE- Aqua hæret. 2.
REBANTVR. Soli suæ fidebant opinioni. Asserebant
interalia, si quis eam flagellationem per dies 33. conti-
nuasset, omni crimine esse purgatum, omnem illi poe-
nam & culpam esse remissam. Finxisse & quædam res
feruntur

feruntur miracula. His se quoq; adiunxerunt perditissimi quicq; vt exules, fugitiuii, seditiosi, decoctores, adulteri & adulteræ, scortatores & scorta, & qui are alieno nimis premebantur. Fures præterea & homicidæ, latrones, periuri, & eiusmodi fæces hominum: si modo vera sunt, quæ aduersarij de nostris memoriæ prodidere.

Alphar. Hispan.
Minor. lib. 2. de
planctu Ecclesiæ.
Naucler. gen. 46.
Philast. lib. 2. ca. 17.

Erat ex illorum grege quidam Bertholdus Roracensis, Lolhardus, qui adstruebat, hominem deutum in perceptione cibi communis tantam posse consequi gratiam, quantam in Eucharistia Sacramento. Dicebat enim, cibum esse duntaxat spiritualem. Atque hic Bertholdus, anno Christi 1355. Spiræ pro Haretico exustus est. Cœpit autem hęc Lolhardorum secta, anno Christi 1314. & multi illorum in locis tectis & clandestinis latitabant. Audiuitis antē de Sacramentarijs, qui ab hostibus suis oppressi fuerunt: nunc etiam de viris martyribus auditis, qui seipso affligebant & flagellabant, neque tamen à Catholicis ferri poterant: propterea, quod genus doctrinæ nouum & Sacramentarium proponerent. Itaq; factio ista Pontificis cum consilio, & principum opera vbiq; dissipata, pernitusq; subuersa fuit.

Cum autem multi sic de vtrisq; puta Albigensis & Flagellantibus, iudicarent, quod illi in excessu, hi in defectu peccassent, alteris nimio furore armorum sua propugnantibus, alteris nimia tolerantia & abiectione sui, veritatem doctrinæ Sacramentariæ comprobantibus, repente in Anglia exortus est Ioannes Vinculus, qui media quadam via incendendum putauit. Is anno 1352, vt Prateolus refert: vel, vt Balæo visum,

sum, 1360, editis quadraginta quinque sive Religionis propositionibus, tertiam hanc esse voluit: Christum non esse in Sacramento altaris identice & realiter, in propria præsentia corporali. Et hanc ille doctrinam neque armis tutatus est, neque hypocritica flagellatio- ne asseruit, sed Tropis & Schematis confirmauit & declarauit.

Quamobrem etiā multos discipulos, & rei nouę nō uos ad stipulatores, ita ut sit, celeriter adeptus est: & in his Eduardum Angliae Regem, & filium eius Ioannem, Lancestriae Ducem, principes item complures, & magnum aulicorum numerum, deniq; totam penē Angliam in sententiam suam pertraxit: ihs tantum excepsit, qui pro sacrificio suo Missatico solliciti & anxii erant. Ab eo tempore, Vuiclesi doctrina vniuersam Europam long' lateq; occupauit. Anno autem Christi 1382, Archiepiscopus Cantuariensis, omnibus totis Ecclesiastica Concilia celebrauit, vt Vuiclesi opinio Sacramentaria in illis condemnaretur. Sed cum hora secunda pomeridiana omnes essent congregati, insolitus & terribilis terræmotus (si Balæo habenda est fides) vniuersam Angliam peruersit: vnde omnes, excepto Archiepiscopo, mirum in modum deterriti, ab inserto negotio desistendum censuerunt. At ipse audacior quam prudentior, omnia in diuersum interpretabatur, & delapsos eorum animos in malitia confirmabat. Supra modum prodigiosus fuit ille terræmotus, quo simul tremuit tota Insula. Nunquam etiam visa est Solis Eclypsis notabilior a passione Christi usque, quam eo tempore. In hunc modum excitato terræ-

Thomas Vualdes
nus Tit. 2. cap. 6.
lib. de Sacramenta
libus. Prateol. lib.
9 cap. 10. catal. he-
ret. Alfonſ. de ca-
stro lib. 2. Parag.
De adoratione. ha-
ref. 1. & lib. 6. Pa-
rag. Eucharift. ha-
ref. 4. Kyriander in
lib. de persecution.
Ecclef. Balæus
cent. 6. cap. 1.
Balæus cent. 6. cap.
25. & 63. Append.

Idem eodem loco
& cent 7. cap. 14.

126 Acta Concil. National. super
motu, & horribili inducta Eclypsi, Deus haud obscur-
rum veritati Sacramentariæ Religionis testimonium
perhibuit.

Mortuo Vuiclefo anno ab illius exitu 41. Anno
Christi 1428. doctrina hæc preciosissima & saluberrim-
ma, in Concilio Senensi nefarie damnata est: ipse è tu-
mulo effossus, & pro Hæretico, iussu Martini Quinti
Pontificis, concrematus est: quæ res illi magnam apud
omnes pios sanctitatis & veritatis laudem conciliauit.
Reliquit iste filius meus præclaram posteritatem, &
copiosam sobolem: cuius hæc extat in peruetusto scri-
ptore Genealogia: Vuicleff genuit Stephanum de Co-
lonia, Stephanus genuit Mathiam de Vuesalita, Ma-
thias genuit Magog de Sosato, Magog genuit Ancu-
ma, Ancuma genuit Stanislauum, Stanislaus genuit
Poliez, Poliez genuit Chus, Chus genuit Marcus,
Marcus genuit Zdenkum, Zdenkus genuit Chuch,
Chuch genuit Comptum, Comptus genuit Michal-
lim, Michalim genuit Bonum, Bonum genuit Hiero-
nymum Pragensem.

Baleus cent. 6. cap.
94. & 78. & 85. &c
92 cent. 7. cap. 50.
& 10. & 63. & 86. &c
70. & 76. & 97. &c
18. Cent. 8. cap. 19.
& 28. Catalog. test.
verit in Ioan. Vuic-
leff. fol. 494.

Sed præter hos alij ejus in fuerunt Vuiclefis asseclo-
& eruditis discipulis, quos ille post mortem suam defens-
ores Sacramentariæ Religionis acerrimos reliquit.
Eorum nomina sunt hæc: Gualterus Britte, Ioannes
Astone, Ioannes Aschuardi, Nicolaus Herforde, Ioz-
stel, eques auratus, qui martyrio fidem suam confirmas-
bat, Petrus Clarke, Guilelmus Taylour, Guilelmus
Vithe, Petrus Payne, Philippus Noris, Ioannes Tre-
uissa, qui omnes fuerunt celeberrimi. Nam illorum
virtute & opera, doctrina Vualdensium & Albigeio-
rum,

Catal. test. veritat.
in Petr. Dresdense
fol. 498.

tum, & Sacramentaria opinio ad 14. seculum usque à
nato Christo literis & linguis propagata est.

Igitur 14. seculo initium capiente, hæc doctrina
Vualdensium & Vuicletarum, præsertim articulus
de Cena Domini, cum multis in locis, tum præcis-
pue in Bohemia gliscebat. Ne autem extingueretur,
commode Oxonio ex Anglia Pragam aduentabat
Nicolaus quidam, ex nobili domo, quam putridi pis-
cis vocabant: qui illis in locis studia literarum secutus
fuerat. Is secum ex Anglia ingentem Vuicleti libro-
rum numerum afferebat in Bohemiam, quorum du-
centos præceptor huius Nicolai Vuicletus conscri-
pserat. Erat tum temporis Academia Pragensis cele-
bratisima. Nam saepe viginti millibus, & nonnunquam
triginta millibus discipulorum frequentabatur: qui ex
omni Germania, Saxonia, Polonia & Bohemia, capes-
sendi ingeniorum cultus gratia, illo confluabant. Sum-
ma vero rerum, & totius literariæ Reipub. gubernas-
tulum, penes Germanos strabat, quorum plerunque
erant quinque millia. Hæc res Bohemis, hominibus na-
tura ferocibus, ægerrimè faciebat. Itaque aliam viam
obtinendi principatus in Schola, præter Vuicleti dos-
trinam, non reperiebant. Nam hæc subtilis contem-
platio Maiestatis Christi, rudia et crassa Germanorum
ingenia longe superabat. Mirifice ergo à Bohemis ves-
xati Germani, & magno affecti tædio, locum dedes-
runt aduersarijs: & quodam die bis mille Praga excels-
erunt: quorum multi Lipsiam, multi Cracoviā, alijs
qui Erfordiam, plurimi Ingolstadium se contulerunt.
Hac ratione Bohemi Academiæ Pragensis summam
à Vuenceslao, qui Ignauij cognomentum accepit, im-
petras

Aeneas Sylvius de
orig. Boemor. cap.
35. 36. 37.

128 *Acta Concil. Nationalis*, super
petrārunt, & Vuicleficā doctrinā publicē docen-
do, prælegendō & disputando, non sine laude & frus-
tu asserūrunt.

Fuit ex horum numero etiam Ioannes Hus, qui
esset in alijs articulis cum Vuiclefo recte sentiente con-
sentiebat: tamen hunc, qui de Sacramentaria controv-
uersia est, repudiabat. Ab eo proximus fuit Hierony-
mus Pragensis, vir summè authoritatis, & maxima or-
natus eloquentia, qui cum Vuiclefo idem planè in
omnibus sentiebat.

Concil. Constan-
t. Sess. 8. Tom. 3.
Concil. fol. 790.
Platin. in Ioan. 24.

Cum autem anno Christi 1415. tota Vuiclefi dos-
trina, in Synodo Constantina esset damnata, & Hiero-
nymus Pragensis exustus, & omnes Hussites &
Vuiclefitæ promiscuè ab Ecclesia excommunicati &
proscripti, neque iam aliud ullum genus argumento-
rum à Pontificijs nostræ religioni apponetur, quam
carnifices, rogi & laquei: ibi demum Ioannes Zilca,
quidam ex nobilitate Bohemica, Vuiclefi discipulus,
in lucem prodijt, & se pro duce Vuiclefitarum gesit.
Sed ut perpetuus nostrorum mos est, primum impe-
tū in templo, altaria & simulacra fecit: quibus disiectis,
Naucler. genet. 47. & solo æquatis, in aperto campo trecentas mensas ex-
truxit, prorsus de Caluinī sententia, vbi triginta milia
hominum, eodem planè ritū, quo hodie Caluinista,
Sylvius ib. cap. 40. Coenam Domini administrarunt & celebrarunt. Pre-
terea arcem communivit, in qua hostium insultus fu-
stineret, eamque Thabor, & milites suos Thaboritas
Aeneas Sylvius de
Orig. Bohem. cap.
35. nominavit. Regi Bohemorum audacter se opposuit,
omnesque aduersantes sibi interfecit: & Aenea Sylvio
teste oculato, Vualdensium et Vuiclefi doctrinam ar-
mis, sic ut talem militem decuit, strenue defendit.

protexit. Nam vndeſies cum hoſte conſlixit, neque
vnquam niſi victor ex acie recessit: quæ reſ non ob-
ſcurum diuini fauoris iudicium, & certum veritatis
doctrinæ argumentum fuit. Poſtremo idem Zisca
ſubditos, qui contra opinionem et conſcientiam ſuam,
Deo quām hominibus maiorem debent obedientiam,
contra Magiſtratus ad iram concitauit, nihilq; horum
intermisſit, quæ hominem Sacra-mentarium, heroico
Spiritū ornatum, facere oportuit. Cæterū qui, quan-
taque animoſitate ſubditi Magiſtratibus ſuis ſe tunc
oppoſuerint: quanta crudelitate Magiſtratus ſubditos
ac ciues ſuos, nulla interpoſita cauſa diſputatione, ar-
mis opreſſerint: quantum ſanguinis utrīque profuſ-
sum: quo expugnata templa: quām ſtolida fuerit Ger-
manorum iſania, qui cruce Pontiſcia ſignati, cædi-
bus & rapinis, gratum Deo cultum ſe præſtituros, &
ſua peccata ſe expiaturos oponabantur, ſi Orthodoxos
interimerent: qualis denique & quām tetra Ecclesiæ
Christianæ facies toto illo bello Sacra-mentario, quod
ultra viginti annos durauit, extiterit: hæc omnia me-
lius & euidentius intelligi non poterunt, quām ſi
ſuperiorum temporum, quibus in Gallia & Belgio
Sacra-mentarij cum ſuis Regibus i[n]tēſtīnum bellum
gesserunt, cum historia Bohemica diligenter confe-
rantur.

Neque tamen vniuſ tantum generis omnes Sacra-
mentarij Bohemici fuerunt. Nam Ioannis Ziskæ ſe-
ctarij, p[ri]mū dicti ſunt Thaboritæ, vt modo docui-
mus, deinde mortuo Zisca, nominati fuerunt Orpha-
ni: alij alijs nominibus appellati: de quibus Ioannes
Niderus Noribergensis, qui illis temporibus vixit, ſic

R scribit:

130 Acta Concil. National. super

Ioannes Nider lib. 3. sui formicarij Pratecolus lib. 13. cap. 6. Sylvius de orig. Bo hem. cap. 48. Vide Sleida, lib. 3. Com.

scribit: Tres, inquit, Hæreticorum sectæ in Bohemia extiterunt, Pragensium sive Hussitatum videlicet, qui alij tolerabiliores & mitiores, Thaboritarum, & Orphanorum. Orphani autem dicuntur propterea, quod mortuo Zisca, quem invincibilem putabant, ingens moeror seditionis illum exercitum inuasisse, perinde atque orphani vel orbati essent tanto eorum duce, sub quo prædas agere solebant. Ex quo effectum, ut Thaboritæ in duos exercitus diuiderentur, & aliqui Orphanorum appellationem, ob ducis sui interitum, sibi inderent. Hi porro Orphani Morauiam vicinasq; regiones assiduis incursionibus infestabant. Inter quos post Ziskam, quidam Procopius nomine, eorum dux & patronus factus est. Tandem autem tanta sunt cæcitate percussi, ut vna secta aliam inuaderet, & vis etrix victimam occideret.

Sylvius V. S. cap. 43. Naucler. gener. 48. Pratecol. lib. 2. cap. 16. & lib. 13. cap. 4.

Sed & Oribitarum secta à monte Oreb nomen, & originem à Bedrico Stanicensi Morauo accepit: verè Sacramentaria, quæ à suis aduersarijs in hunc modum describitur. Fuit (inquiunt) & alia in Bohemia secta, fratum Oribitarum appellata: quæ territorum Græcense vicinasque gentes magnis cladibus afferat, pestifera atque immanis, neque Thaboritarum crudelitate vlla ex parte inferior. Aduersus quam Martinus Quintus P. M. nominatim cruciandam decrevit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius sectæ homines, quoties Sacerdotes nostros intercepere, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme super glaciem colligatos dimisere, et quos adeo parui momenti existimauerunt, ut desectis virilibus abire dimiserint.

Eiusdem

Controuers. de S. Cœna Domini. 131

Eiusdem farinę erant Picardi sic dicti à quodam, nomine Picardo, ex Gallia Belgica oriundo, homine ex Albigenisibus reliquo: qui docebat se filium Dei esse, sicut Ioannes Leidensis, qui & ipse fuit Sacramentarius, sicut fecit David Georgius. Hic Rheno transmisso in Bohemiam penetrauit, præstigijs quibusdam sibi fidem concilians, ac breui tempore non paruam mulierum virorumque plebem ad se traxit. Sed hanc factionem Thaboritæ penitus extinxerunt.

Non dissimiles horum fuere Sionij, de quibus vesterum monumenta sic referunt. Ioannes Roatius, nobilis loco natus, non longe à Cuthiniis montibus, intra Sylvas castellum ædificauit munitissimum, quod montem Sion appellauit: asserens ex eo loco veritasem aliquando orituram, quæ gentem Bohemicam libertate donaret. Viciis infestus prædas agebat. Cumque itinera quæque infesta redderet, armenta, quæ Imperatori ex Hungaria aduehebantur, raperet, iussu Sigismundi castrum oblidetur, capitur, solo æquatur, Roatius cum 90. satellitibus, & Sacerdote Thaborita, capti, & Pragam ducti, vitam suspendio finierunt, furarum triplici differentia: Sublimiori Roatius pepensis, inferiori Martyres Sacramentarij: media Sacerdotem tenuit.

Sed quorsum hæc tam prolixè dicat aliquis. Eò nimur, ut intelligatis, P. C. certamen hoc Sacramentarium nequaquam cum Carolstadio primum cepisse, ut quidam nugantur: sed à temporibus Apostolorum ad hanc usque ætatem, suis defensoribus nunquam caruisse: præterea, ut diligenter cogitetis de Spiritu fortitudinis, quo omnes Sacramentarij omnibus

Syl. V. S. cap. 41.
Naucr. gener. 43.
Prætolus lib. 14.
cap. 26.
Alfon. Castrensi.
lib. 4. Parag. Coitus.

Syl. cap. 12.
Prætol. 9. cap. 24.
Naucr. gener. 48.

132 *Acta Concil. National. super
bus temporibus ornati fuerunt. Postremo, ut cognita
interfectorum multitudine, & tanto piorum martyrum
numero perspecto, doctrinam Sacramentariam
pro vera, & innocentum sanguine confirmata, habeas-
tis & agnoscatis. Rebus autem in hunc, quem dixi-
mus, modum constitutis: nouum Concilium Basilea-
icum indictum fuit, anno Christi 1431, in quo non modo tri-
um Pontificum pro triplici corona, aut verius, pro viri-
di morionum caputio, & nescio quo liripio, inter se
dùm dicantum, dissensio consopiretur: sed etiam Vui-
clefi reliquiæ, & nostra doctrina condemnaretur. Es-
tant eodem conuocati, saluo & meliori conductu,
quam Hus & Hieronymus, Hussitæ & Thaboritæ.
Et Hussitarum quidem nomine in Concilio responsus
debat, Ioannes de Rokenzana: qui mortuo Subinco,
Pragensi Episcopo, hosti Vuclefitarum (nam 200. li-
bros Vuclefi concremauerat) loci illius Episcopat-
um mirabili arte obtinuerat, cùm Religionis Hussiti-
æ esset ex professo socius. Verum in Concilio suam
& Hussitarum causam ita agebat cum Patribus & Ep-
iscopis, vt in multis articulis vtrinque concordia &
pax iniretur. Pro Thaboritis autem Sacramentariis
nostris respondebat Nicolaus Galæcus, natione Bo-
hemus, vir constans, & sua opinionis tenacissimus:
qui Patribus Concilij in omnibus confidenter oblo-
quebatur, & Vuclefi doctrinam, quam multis Bohæ-
mis acceptam nouerat, alacriter propugnabat. Itaque
nova occasio tum data, qua in fratres nostros à Ponti-
ficijs ferro & flamma rursus crudelissime saeculum fu-
it. Animaduertebant enim Romanenses, & illorū fec-
derati, extincto Zisca, bellicosos Thaboritarum Spi-
ritus*

Sylvius. Nauclerius
Prætol. lib. 9. cap.
2. & lib. 12. cap. 6

ritus nonnihil cecidisse, & prius ipsos deleri posse,
quam vires resumerent, sed animos tamen pertinaci-
um hominum infractos metuebant, Idcirco homi-
nem Catholicum subornant, Mainardum & nobilem
virum, qui se bellum meditari simularet, & ad eam
rem sibi necessarios fore Thaboritas, qui sub Procopio Sylvius 55.
militassent, caute prae se ferret. Is ergo dictis obse-
quens, voce praconis edixit, vt omnes, qui sub se sti-
pendia facere vellent, in horrea proxima sese recipie-
rent. Introierunt tum in horrea Orphanorum & Tha-
boritarum millia, homines nigri, ad solem & ventum
prosuis indurati & assuefacti, aspectu tetri & horribilis-
les, & qui circa fumum in castris sedulo vixissent,
aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris,
membris hispidis, cute qui adeo dura, ut ferrum, quasi
lorica repulsura videretur. Clusa sunt confessim
horrea & ignis immisus, quo fæx illa & colluuius ho-
minum, ignominiosum agmen, post multa, quæ pa-
trauerat scelerata exusta, contemptæ deum Religio-
nis penas dederunt.

Hac ratione iterum aliquot millia Sacramenta-
tiorum recenti fumo, quamquam innocentes & imme-
rentes, in coelum subuolârunt. Sed nondum tamen
omni ex parte incendium hoc Sacramentarium restin-
ctum fuerat. Nam fauillæ huius ignis in vniuersam
Europam transuolârunt. Quicquid enim Berenga-
rianorum, quicquid Waldensium, quicquid Albige-
siorum, quicquid V uiclefitarum in cinerem redactum
fuerat, id omne, ardescente Thaboritarum rogo, inter-
polatum & resuscitatum est. Sicut enim excisæ ve-
pres, nisi stirpites eradicentur, denuò solent repullue-

R 3. lascere,

134 Acta Concil. National super

lascere, ita Sacramentaria doctrina subinde nouas vi-
res acquirit. Possem harum fauillarum ex librís Inqui-
sitionum Hæreticarum proferre quamplurimas, nisi
id tædiosum foret; sed vnum tamen atq; alterum
exemplum non inuitus recitabo, vt hinc de reliquis
cogitandi occasionem in animis vestris relinquam.
Anno 1468. Londini in Anglia faber quidam ferra-
rius, & Ioannes Cleydon Pellio, & Richardus Tur-
myn pistor, exusti sunt, quod dixissent, id non esse rea-
liter corpus Christi, quod Sacramentaliter tractatur
in Ecclesia. Anno deinde 1491. vt ex Masseo Sudouolga
Balæus refert, Parisijs quidam Magister, Ioannes Lan-
glois, & ibidem anno 1493. Hermonus Picardus, ami-
bo negantes carnem Christi in Coena, flammis exani-
mati sunt. Anno 1515. Nordouici in Anglia, quidam
sacrificus de Eccles, & Thomas de Bongar, (cum ad-
huc lateret Carolstadius) pro Sacramentarij Hæreti-
cis concremati sunt. Qui plura cupit cognoscere Mar-
tyrum nostrorum exempla, is Inquisitorum libros,
qui passim extant in Monasterijs, diligenter inspicat
& legat. Nam innumerabiles in illis Sacramentario-
rum copias inueniet.

Defessus sum dicendo, & longa Berengarij posse-
rorum serie percensenda supra modum defatigans.
Itaq; hoc loco, quod vestra pace fiat, quiescam: & Cas-
rolstadio filio meo reliquas dicendi partes commis-
tam. Nam is decimi quinti seculi historiam Sacra-
mentariam omnium optimè explicare poterit. Quod
vnum superest, vos rogo maximopere, P. C. vt ea,
quæ dixi, apud animos vestros diligenter perpendas,
memoriaq; sempiterna soueatis, & Berengarij in
negocij

Balæus Cent. 7.
cap. 50.

Idem Cent. 8.
cap. 50.

Idem cap. 62.

Controuers. de S. Cœna Domini. 135

negocio de persona & Cœna Christi, idem cum Papis
stis, Iudæis, Ethnicis, & omnium temporum Sacra-
mentarijs supradictis sentire, & deinceps quoq; sensu-
rum esse, certo statuatis.

ORATIO CAROL=
S T A D I I.

 Tu si in hoc amplissimo grauissimorum ho-
minum confessu, nihil euenire mihi potu-
isset optatius, qu'am ut proximæ à Beren-
gario dicendi partes, huic Thomæ Mone-
tario, quem mihi à dextris assidere videtis, authorita-
te Praefidis, demandarentur, Propterea, quod ipse no-
sturnis visis, & propheticis somnijs non minus, atque
ego, suam Theologiam addidicit, eamq; imperterrita
animo, tāquam alter huius seculi Gedeon, etiam cum
interneccione aliquot mille hominum confirmauit: ta-
men, quia ita visum est Senatu, populoq; Sacramen-
tario, vt ego in percensendis ijs, quæ reliqua sunt, pro-
grediar, age hoc officium, dicendiq; munus ego ne-
quaquam detrectabo, eademq; omnino fide, huius nos-
uissimi seculi historiam continuabo, qua superiores
illos, qui ante me dixerunt, vsos fuisse, animaduer-
ti. Atq; hoc eò libentius faciam, quod video multa in
me esse, quibus ego cum parente meo Berengario
non immerito videar comparandus. Ambo enim
non (vt aduersarij criminantur) Archidiaboli, sed
Archidiaconi fuimus; Ille in celebri ciuitate Turonen-
si, ego in celebriori, propter nostrum dogma, Vvitens-
bergensi; ille Parisijs, ego Romæ literarum studij
operam

136 *Acta Concil. National. super*
operam dedi: Ille extinctum Simonis Magi de absens-
tia Christi in Cœna dogma, in Gallia resuscitauit, ego
in Germania restaurauit, & nouis flammis ita auxi, ut
hoc incendium nullæ iam vires humanæ possint res-
tinguere: Illi iam morituro suus apparuit Genius,
michi meus in templo, qui itidem meum mihi exitium
haud obscurè denunciauit. Cum autem breuitas ambi-
ca & grata sit, & insuper requiratur veritas, ego utriq;
ita studebo, ut neq; nimia prolixitate, vobis tardium
afferam, neq; inani verborum lenocinio vestras aures
demulceam. Antequam autem historicam meam nar-
rationem aggredior, maiorem in modum vos oro &
obsecro, ut si forte de meipso, ac socijs meis durias lo-
qui, aut quædam inconsulto & temerare effutire vide-
or, id non tam senectuti meæ, quam veritati, cuius
tanta vis, ut incredibiles cruciatus afferat, si contra
conscientiam in iniustitia, detineatur, acceptum ferre,
michiq; ignoscere velitis.

Sicidan. lib. 3.
Comm.

Igitur illis temporibus, quibus Ecclesiæ Doctor
Martinus Lutherus, propter Euangeliæ professionem,
a Romani Imperij statibus, Ecclesiasticis iuxta & Po-
liticis, Vvormatiam ad Comitia euocatus fuit, multi
boni & graues viri erant, qui hoc iter illi dissuaderent.
Nam idem illi accidere posse iudicabant, quod Ioanni
Hussio, in Constantensi conciliabulo, contra publici
cam fidem ipsi datam, accidisset. Solent enim Roma-
nenses nostri, quod Cardinalium horum pace dixer-
unt, inauditos, & erroris nondum conuictos, pro Ha-
reticis Vulcano immolare, & igneo currus, quo Elias
in coelum subiectus fuit, ad superos mittere. Sed ni-
hil tamen amicorum vocibus commotus, necq; mini-
aduerit.

Controuers. de S. Cœna Domini. 137

aduersariorum territus Lutherus, intrepido animo
Vormatiā se iturum dicebat, etiamsi tot illic essent
Cacodæmones, quod regulae inhærent tectis. Profes-
sio demum Lutheru Vormatiā, cū ob rem ibi
præclarè gestam, vt dicebatur, omnium hominum
linguis, literis & sermone celebraretur, dolebam ego,
& (quod inficiari non possum) vehementer hanc lau-
dem primō clanculum, pōst etiam aperte illi inuide-
bam. Itaq; mecum sic cogitare coepi: Hem, tu' ne Ar-
chidiaconus sis, & sordido cedas Monacho? Tu' ne
Romæ inter Deos penates tuam doctrinam frustra
comparaueris, cū ille Erphordia, inter ignobiles &
sordidos fraterculos latitauerit? Quid enim: prædica-
uit, disputauit, docuit Lutherus, an' non idem fecit Cas-
toldius? ille est Theologæ Doctor, an' non hoc
idem est Carolstadius? Cum hæc agitarem animo,
pulcrè mihi ipsi placebam, meq; per omnia cum Lu-
thero comparandum, & omnino pari honore afficien-
dum arbitrabar. Deceptus autem hac mea opinione,
cum nomen meum paulatim Lutheri gloria obscu-
rius redderetur: coepiego, absente ipso, commodam
inire viam, vt etiam mei aliqua haberetur ratio.

Igitur anno 22. supra millesimum & quingente-
simum, Vitebergæ caput exerui, deiectis in æde sta-
tuis, & sanctorum simulacris, quemadmodum hodie
facere consueuerunt posteri mei, Caluinistæ & Cin-
giani, qui crucifixi Christi imagines, pari cum Diabo-
bolis odio, diuinitus ita iussi, vt aiunt, persecuantur.
Sed hac arte cū parum processisset honos meus,
neq; ego hac re multum gloriæ mihi comparasse,
(nam pleriq; me statuam, truncum & stipitem dice-
S bant,

138 Acta Concil. National. super
bant, quasi qui cum statuis & laruis luctarer) idcirco
cogitauit inire aliam rationem, ut aliquid essem. Quare
de trito & populari Lutheri tramite deuiaui, & matus
ro consilio cœlestes Prophetas sectari coepi. Hi enim
multa habebant somnia, multa visa, multa cum Deo
ipso colloquia. Quare de testamento Christi varias ins-
titui disputationes, varia excogitauit glossemata, va-
rios quæsiui colores, quibus verba Institutionis pingue-
rem: quanquam initio non statim intelligebam, quid
meus in me agitaret Genius, aut quid quereret. Erat
tum hæc mea opinio, quia Particula, HOC, non con-
grueret cum præcedente substantivo panis, ideo Chri-
stum præter panem, & nudum symbolum amplius
nihil distribuisse suis discipulis, neq; illos præter pa-
nem & vinum aliud quicquam percepisse, sed aliqua
temporis mora interiecta, a Christo, corpus suum dis-
gitis commonstrante, hæc verba fuisse prolatæ: HOC
EST CORPVS MEVM: QVOD PRO VOBIS TRA-
DITVR. Etsi autem inter meos socios, Prophetas cœ-
lestes, plenis buccis deprædicabam, virum quendam
ignotum, nec antea mihi visum me conuenisse (quem-
admodum & per quietem nocturnam Cinglio, fratri
meo, postea obuersatus est monitor) qui verborū Cœ-
næ hunc esse sensum edisserebat: Cum post verbum,
manducate, punctus sit, quo claudatur sententia, de-
inde noua sequatur periodus, & hæc propositio (HOC
EST CORPVS MEVM) à maiuscula & vniuersali, ve-
vocant, litera incipiat, idcirco cum præcedentibus
verbis, ACCIPITE, COMEDITE, nequaquam illa
cohærere. Tamen, quia de mea opinione adhuc in-
certus eram, & animo fluctuabam, idcirco primum
me

Controvers. de S. Cœna Domini. 139

Lutherus tom. 2.
Vuitenberg fol.
112.

me suspicione nouitatis liberaui coram Lutherο: quod istæc tantum disputandi, & inquirendæ veritatis causa, in medium attulisse. Nam & multi tum opinionem meam literis & linguis oppugnabant, & absurdè me facturum aiebant, si ei, qui expresse dicit: **HOC EST CORPVS M E V M , temere obloquerer, & contradicerem: HOC NON EST CORPVS T V V M .** Deinde, cum negligi me viderem, & pro gloria ignominiam mihi paratam, ibi & consilium, & vitæ genus mutau. Nam deserta schola, ex Doctore factus sum agricultola, ex pastore Ecclesiæ, pastor pecudum Chembergæ. Mutato dein nomine, & reiectis honorum tulis, neq; Dominus, neq; Doctor, sed frater Andraeolus, ab omnibus salutari cupiebam. Et ut maior esset humilitatis opinio, vnā cum rusticis in sylvas ibam, & ligna cædebam, eaq; in forum aduehebam, & vendebam. Vestitus tum erat mihi planè rusticus, alti perones, penula subcinericea, culter aurigarius, rupta vagina promicans. Hac armatura ornatus, propolam aegbam, & omnis generis merces, vīnum adustum, cestam, pyratofsta, silices, sulphurata ligna, & his similium, populo vendebam. Nam hac animi deiectione, & extrema humilitate magnum credebam me non men, magnam laudem inuenturum. Sed omnia attentabam frustra. Quare Tigurum profectus, sententiam cum Huldricho Cinglio contulí, qui tum Ecclesiam istā, vnā cum alijs quibusdam regebat. Huic sumū opere arridebat inuentum meum, quod Institutio-
nis verba non essent accipienda secundum literam. Veruntamen illud, hoc, vti à me exponebatur, neu-
tiquam approbabat Cinglius. Et quia non multum

140 Acta Concil. National. super
intererat, siue pronomen H o C, siue, Est, verbum nouo
glossemate peruerteretur, idcirco facilis & prompta
erat, ineunda inter nos amicitiae concordiae & ratio.
Elatus demum à Cinglio, & pristinæ dignitatibus resti-
tus, atq[ue] ex aratore Orator, ex rustico Archidiaconus,
ex fraterculo Dominus Andræas factus, mirifice in
concepta opinione profeci. Nam Tropologicō, HOC
in figuratum Est, transmutato, tantum fidei & laudis
emerui, vt mox Basileam vocarer, ad suscipiendum
illius Ecclesiæ regimen. Diu cum illis vixisse, &
Christianæ Ecclesiæ fideliter præfuisse, tandem ho-
ra mortis appetente, qua mihi redeundum erat ad pas-
trem meum, qui me miserat, sub ipsa nouissima consi-
cione, quam habebam, in templo comparuit vir quis-
dam oblongus & ater. Is ex oppositu suggesti consis-
tens, proximum se Consuli locabat: sed mox templo
egressus, domum meam se contulit, vbi neminem re-
perit, præter unicum filiolum, patri apprimè charum.
Hunc ille apprehensum crinibus e terra sublimem ra-
puit, quasi terræ allisurus. Mox eidem præcipit, vt pa-
tri nunciet, affuisse atrocem virum, qui illum queret,
reuersurum eum: post triduum, & secum esse abdu-
cturū. Vbi ego domū reuersus, ista comperi e puer,
primum vehementer sum exterritus, animoq[ue] percul-
sus, sicut vos ipsi facile potestis coniçere, deinde pre-
mcerore in lectum me contuli, & tertio dñe, iuxta vos
cem angelī mei, e vita commigraui. Orto autem hors-
ribili vento, qui æterni cuiusdam Spiritus presen-
tiā indicabat, sepultus sum, & in hunc usque diem
dormiui, dum ad frequentandam hanc Synodum à
Genio bono exuscitarer. Atque hic vitæ meæ cursus
fuit,

Controuers.de S. Cœna Domini. 141

fuit, breuis ille quidem, sed propagando tamen dog-
mati Sacramentario sufficiens. Et quia sèpìus in men-
tionem Vlrici Cinglij, consortis mei incidi, per quem
doctrina Sacramentaria, à me excitata, vires accepit:
æquum esse arbitror, vt omnis vita illius, coram hoc
laudabili optimorum virorum consensu, honorifice
describatur.

Igitur anno vigesimo quinto, supra millesimum
quinquagesimum, cùm Pontifex Romanus, non sine
magno multorum hominum offendiculo, Iubilæum,
in toto Christianitatis orbe denunciasset, & orta iam
Anabaptistarum Secta, belloque seruili conflato, faci-
es rerum esset planè miserabilis: ibi Deus singulari-
quodam consilio, & magno totius Germaniae com-
modo, Hulricum Cinglium excitauit, fortissimum
heroa: qui, cùm animaduerteret, vulgus hominum re-
bus nouis vbique locorum studere, & equo iam cur-
renti leuissimis opus esse calcaribus, hanc opinionem
Sacramentariam, quam diu occultarat, in medium
protulit. Nam in hunc modum de semetipso edito scri-
pro professus est: In hac, inquit, opinione de Sacra
mento, diutius & pluribus annis hæsi, quam dicere
fase est. Neque quisquam nostrum vñquam credidit,
quod in pane Coenæ tale aliquid, quod plerique som-
niabant, comedamus. Et quia intelligebat Cinglius,
homo acutissimi ingenij, multos esse, quibus mea pla-
ceret opinio, & qui manibus pedibusq; in hanc irent
sentientiam: quod panis esset panis, vīnum esset vīnū,
neutrum autem caro, vel sanguis: idcirco animos hos
minum primò tentare coepit, vt, quomodo essent cor-
dati, quidque sentirent de ista doctrina, probè cognos-

Vide Mart. Kemani-
tium cap. 25, in lib.
de fana doct. Cœnæ
Domini,

142 Acta Concil. National. super
sceret. Nam glossariam meam interpretationem, multo
pro absonta, & inconcinnia habebant, neque illi per
omnia assentiri poterant. Itaque verbis & sermonibus
quibusdam primo egit Cinglius. Nam concepta opinio
diu occultari non potuit, sed tandem in verba &
vocem erupit. Sicut dicitur:

Omne superuatum pleno de pectore manat.

Deinde vero literas de hoc doctrinæ genere exarauit, & ad quendam Reutlingenensem misit, ut illæ à
multis legerentur, & ipse de aliorum iudicio fieret
certior & confirmator. Quamprimum ergo animus
aduertit, non defuturos opinioni suæ patronos &
asseclas, tandem ad mercatum Francofordensem
profectus est: edito libro, in quo ille multis ver-
bis hoc conatur euincere, quod in hac propositione,
HOC EST CORPVS M&VM, verbū est, idem pro-
fus valeat, quod **SIGNIFICAT**. Nam panem nihil
aliud esse docebat Cinglius, quam absentis corporis su-
gnum, sive symbolum. Refert ibidem Cinglius, quod in
Seraphicam & Cherubicam interpretationem pri-
mum ex literis cuiusdam Bataui addidicerit. Tu Da-
thene, quælo fac operæ premium, & hanc Epistolam
Batauinam legendō recita: vos, qui adestis, auscultate
sedulo. Nam digna vestris auribus percipietis.

DATHENVS.

Dominus noster Iesus Christus veniam
peccatorum sæpenumero promisit: sed
hoc illi extrellum fuit animi propositum,
ut mentes suorum discipulorum confir-
maret,

Controuerſ.de S.Cœna Domini. 143

maret. Quare promissioni pignus addidit, ne forte
in aliquid dubium peruenirent. Sicut enim sponsus
ad roborandam fidem suam, sponsæ dat anulum: acci-
pe (inquiens) ego me tibi dedo: illa autem annulum
lata accipit, & maritum eum sibi esse credit: ideoque
animum suum ab alijs omnibus auertit, ut suo marito
soli placeati ita etiam Dei Ecclesia, panem & vinum
a Christo accepit, tanquam a Sponso, qui hoc pignore
testetur, quod sese sponsæ dediderit: ideoque firmiter
credat Ecclesia, Christum esse suum, vt qui propter
Ecclesiam sit mortuus, & propter eandem suum san-
guinem profuderit. Quapropter animum ab omni eo
auertat, quod ante amauerat, vt soli Christo adhæreat:
solum id querat, Christo quod placeat, & pro se nihil
solicita, omnem curam in Christum reñicit: de quo
etiam credat, quod unius ipsius sit propria, & quod
Christus suæ Ecclesiae in omnibus abunde sufficiat.
Hoc est vere Christum edere, & sanguinem illius bi-
bere: sicut ipse met dicit Ioan. 6. Qui manducat car-
nem meam, & bibit sanguinem meum, is in me ma-
net, & ego in illo. Qui vero sine hac fide ad Cœnam
Domini accedunt, hi non Christum, sed Iudæorum
Manna comedunt.

Romanenses Scholæ, huius viuæ fidei nusquam
meminerunt, sed aliam fidem, mortuam & inutilem
docent. Nam sibiipsis persuadent, satis hoc esse, vt cre-
datur post factam consecrationem verum Christi cor-
pus adesse. Ethoc quomodo fiat multis conantur sub-
tilibus argumentis demonstrare, sed tamen absq; om-
ni Scripturæ sacræ adminiculo. Haec autem fides, cum
sit historiæ tantum, neminem beare potest: id quod
omnis

144 Acta Concil. National. Super
omnibus liquido constat. Cæterum, an ista Religio
sine causa sit recepta, & an etiam damnari mereatur,
nunc indagabimus. Nam deprehendimus, quod hac
Religione consecratus panis adoretur, & pro Deo
omnibus modis habeatur. Quid igitur est discriminis
inter nos & Ethnicos, qui ligna & lapides adorant, si
iste panis non sit Deus? Credebant illi, aliquid numeri
nisi inesse ipsorum simulachris: quod certe non inerat.
Neque enim adorassent saxa, nisi crassa temeritate ad-
ducti, aliquid Deitatis in statuis esse iudicasset. Quod
si dicat quispiam, verbum Dei nobis adesse, nempe
HOC EST CORPVS M B V M: huic respondeo, ve-
rum id esse. Habetis enim vos Romanenses verbum
Dei, idque etiam tum habuistis, cum Romani Pontificis
tyrannidem eo confirmastis: ut cum Christus Pe-
tro dicit: Quicquid ligaueris super terram, &c. Hoc n.
pro adstruendo Pontificum pestilenti primatu, inuali-
dum esse, diligentissimae investigatione cognitum est. Quare
etiam hic verbum queramus, ne duces cæcorum seque-
mur, & vna cum illis in foueam incidamus. Evidem
Christus vetuit, ne credamus illis, qui dicant: Ecce hic,
ecce illic est Christus. Itaque illis non est fides à me
habenda, qui dicunt, Christum esse in pane Sacra-
menti. Quomodo enim me possim quasi ignorantem & se-
ductum excusare, si hanc Christi admonitionem non
admittam? Hæc enim illa sunt periculosa tempora, in
quibus, iuxta verbum Christi, talia fient. Apostoli
de hoc Sacramento, in eum, qui sequitur, modum lo-
quuti sunt: Accepit panem, fregit panem, &c. Pa-
netum hi dixerunt, neque Romanensium doctrinæ mo-
minerunt. Paulus i. Cor. 10. non repugnat. Panis
inquit

inquit, quem frangimus, non ne est communicatio
corporis Christi. Non dicit: Panis est corpus Christi:
sed, est communicatio. Quare non negat Paulus hoc
loco verbum EST, idem valere ac verbum SIGNIFI-
CAT.

Patet hoc ipsum ex comparatione panis cum vi-
ctimis Iudeorum. Nam in his reuera nihil fuit per-
mutatum: at nihilominus dicit, quod istae victimæ sint
& significant consortium cum Dæmonijs, quibus fue-
rint oblatæ. Ex quo concludit, fugienda esse idola: nisi
victimæ indifferentes ($\alpha\deltaια\phiρόως$) accipianter & come-
dantur. Fuerunt temporibus Thomæ Aquinatis, qui
dicerent, Christus esse in pane tanque signo: hoc alij in-
terpretati sunt Sacramentotenus, non corporetenus;
quancque Thomas hanc sententiā pro Hæretica habet
& repudiatur, & ab huius ore, tanquam ab ore Dei, Ro-
manenses pendent. Verintamen verba Christi con-
futari non possunt, cum ait: Si quis vobis dixerit, hic
est Christus, nolite credere. Præterea, quod Paulus
in allegato loco dicit: Patres nostri omnes in deserto
eundem cibum spiritualem comedenterunt. Age vero
videamus, quibus fundamentis Romanenses doctri-
nam suam stabiliant. Tam enim inusitata atque inau-
ditæ est, ut eiusmodi monstrosa sententia in nulla scri-
ptura reperiatur. Legimus Christum esse hominem
factum, sed semel tantum in utero virginis Mariæ.
Hoc multi Prophetæ prædixerunt, hoc Christus sua
vita & sua morte confirmavit, hoc Apostoli prædicar-
unt. Sed Christum quotidie fieri panem in manibus
cuiusque Sacrificuli, id nemo Prophetarum tanquam
venturum prædictit: nemo Apostolorum tanquam

146 *Acta Concil. Nationalis super*
rem gestam percensuit: sed in his verbis solis consistit,
quod Christus dixit: HOC EST CORPUS MEUM. & HOC
FACITE IN MEI COMMEMORATIONEM. Quod
si hoc voluisset Christus, quod illi dicunt, sanè hoc vo-
num verbum nobis sufficeret. At hoc mirum est,
quod non eodem modo dicunt, Ioannem Baptistam
fuisse transformatum in Eliam Prophetam, cum ta-
men de eo dicat Christus: Ipse est ELIAS, Matth. n.
aut Euangelistam Ioannem fuisse transmutatum in
Christum, cum Dominus in cruce pendens, diceret
ad matrem suam: Mulier, ecce hic est filius tuus: aut
Petrum fuisse conuersum in Christum, cum Paulus
dicat: Petra erat Christus, hoc est, significabat Chris-
tum. Cur istam sententiam nolunt in his etiam ver-
bis Testamenti admittere: cum ipse dixerit, hoc esse
faciendum in sui commemorationem? Vicitata est loz-
quendi ratio, ut memoria accipiatur, & intelligatur pro-
signo rei absentis. Mihi consuetudo videtur esse cau-
sa, quod aures ab hac sententia abhorrent: quam tan-
men in alijs locis haud grauatum admittunt. Aliam
causam ignoro. Possem & alia proferre testimonia, ut
cum Christus se nominat ianuam, viam, & portam. Et
Ioan. 14, dicit Christus: Ego sum vitis vera. Illuc tam
horridi non sumus, vt ex Christo, aliquam in natura
rerum vitem faciamus. Quid ergo nos hinc adigit in
his Testamenti verbis, nisi imperium, & vis Romani
Pontificis?

Vt autem melius tota res cognoscatur, sciendum
est, panis spiritualis tria esse genera: Christum, qui fide
manducatur, Ioan. 6. Manna, quod comedenterunt pa-
tres in deserto: & Eucharistiam Christianorum, hoc
est,

Controversiæ de S. Cœna Domini. 147

est, panem Domini, de quo hīc agimus. De prīmis
duobus legitur hoc Ioan. 6. Ego sum panis vītæ, Pa-
tres vestri comederunt Manna, & mortui sunt. Hic
panis de cœlo descendit, qui de hoc comedit, non mo-
rietur. Aperit hīc Christus discriminē inter panem Iu-
dæorum, qui in deserto de cœlo veniebat, & inter se-
metipsum, qui talis est panis, qui se ipsum vult trades-
re, pro vīta mundi. Manna Iudæorum significabat
Christum cœlitus venturum, vt esset vīta Mundi: sed
tamen erat vñus ille panis, qui nobis est Christus, ne-
que vītam dabat cuiquam. Ac proinde, qui comedes-
tunt, mortui sunt. Qui autem Christum comedent,
non morientur, sed in aeternū viuent. De tertio au-
dimus Paulum 1. Cor. 10. dicentem: quod panis, quem
pro Christi memoria frangimus, itidem sit spiritualis
cibus, vt fuit Iudæorum Manna. Hic enim panis de
cœlo descendit pro vīta mundi: vt nobis significetur
id, quod factum est: sicut Manna Iudæis significabat
id, quod futurum erat. Quare noster hic panis, non est
panis ille viuus. Nam multi eum comedunt, qui ta-
men moriuntur. Sic transitus filiorum Israël per ma-
re rubrum, significabat transitum in vītam per mor-
tem: non tamen omnes, qui mare transierunt, in vītam
peruenierunt: sed hi soli, qui vera fide in Christum
venturum fulti, mortem obierunt. Sic Baptisma nos-
trum significat transitum in vītam, per mortem: ne-
que tamen omnes, qui baptizantur, ad vītam perueni-
unt. Nam hi soli, qui cum Christo mortuo moriun-
tur per fidem, etiam cum illo resurgent per fidem. Sic
Manna in deserto significabat Christum, qui est panis
vīuus, & homines à morte æterna præseruat. At non

T 2 omnes

omnes ab hoc præseruati sunt, qui Manna comedes-
runt, sed hi soli, qui venturum Christum vera fide
comederunt, Manna enim significabat Christum, sed
non erat Christus: Eadem est ratio panis in Sacramen-
to: sicut Paulus testatur. Sic ut enim Manna non erat
id, quod denotabat: neque omnes, qui illud comedes-
runt, à morte liberabat: Ioan. 6. Ita panis noster non
est Christus, quem similem ob causam denotat: neque
omnes, qui eum comedunt, à morte præseruat. Quo-
circa Paulus nos admonet, ne quod malum est, appre-
tamis, neu nobis ipsis placeamus, propter Baptismum
& panem Domini: quasi Baptismi & panis causa alii
quid amplius haberemus, quam Iudæi: aut quasi nos
rem ipsam & veritatem rei possideamus, Iudæi vero
solummodo signa & umbras rerum habuerint quod
non est. Nam Apostolus dicit: cibus vester spiritualis,
est idem cibus, qui fuit Patrum. Et sicut ille nihil in-
dulxit Patribus, quoties peccarunt: ita nec vobis pat-
cer, nisi fidem habueritis operosam, quæ per charitatē
benè agat, per quam solam Patres & nos id consequi-
mur, quod per illorum & nostra signa præfiguratum
est. Confirmat hoc Psalm. 15. Non permittes sanctum
tuum videre corruptionem. De Christo hoc dicitur.
Sed panis consecratus corrumperit, & à muribus cor-
roditur: Itaque necessario sequitur, hunc panem non
esse Christum. Præterea, vt maximè detur, Christum
virtute sui verbi esse in Coena: & panem conuerti in
corpus Christi, aut in pane corpus Christi concorpo-
rari: ita, vt præcise iuxta verbum, Christus hoc ipsum
sit, quod est panis, citra alium sensum: tamen in unis
uersa Scriptura nihil simile de Christo, aut illius discipu-
lulis

pulis factum esse deprehendis : ad quos tamen ille dixit, quod etiam maiora sint effecturi, Ioan. 13. Neque consentaneum est, si Christus hoc fecerit, & corpus suum eum pane vniuerit, quod propterea quilibet Missus istud possit praestare. Nam quibus, obsecro verbis isthac potestas & vis hominibus est concessa Romanenses respondent, per hæc : Hoc facite in mei commemorationem. Quod tamen incertum est. Nam bifariam verba hæc possunt intelligi. Quod ego facio, hoc facite: vel, quod vos facitis, hoc facite in mei commemorationem. Si prius illud arrideat, erit itidem incertum. Sunt enim, qui teste Paulo 1. Cor. 11. affirmant, quod Christus prius consecraverit panem, & postea demum hæc verba (Hoc est corpus meum) de consecrato pane protulerit. At si etiam hoc detur, quod hisce verbis (Hoc est corpus meum) panis consecratur, quis tamen adeo sit audax, ut absq[ue] mandato Christi corpus illius ore accipiat & manducet? Neq[ue] enim mandatum habemus manducandi, si vocula F A C I T E ad consecratores, non autem ad manducatores sit referenda. Certe Christi verba Ioan. 6. aperte loquuntur, de mandatione fidei, non oris. Si autem dicere velit quispiam, quod hæc verba (Hoc facite in mei commemorationem) ita sint accipienda, ut fidicat Christus: quod facitis, hoc facite, id est, corpus meum manducate.

Cum autem nemo sit mortalium, qui hoc possit praestare, quid nobis agendum? An expectandum nobis dum Christus veniat, qui nobis det, aut aliquem mittat, qui nobis dare possit, quod accipere nos iussit? Hic respondent illi, neutrum esse agendum, propterea

rea quod Christus hanc vim & potestatem aliquibus concesserit. Quare igitur, quibus verbis? Nam haec una sententia (Hoc facite in mei commemorationem) duas res significare non potest, neque pronomen hoc ad multa potest referri. Alij tamen dicunt, quod haec vocula denotet Apostolorum opera, quippe quia talia fecerint, quae perficere nullo modo potuissent, nisi corpus Domini eis datum fuisset, etiam si hanc consecrandi potestatem non habuissent: ex quo par sit intelligi, quod Christus occultam dederit universae Ecclesiae potestatem ordinandi, & constituendi certas personas, sicut in ordinatione sacerdotali fieri consuevit. Responsio haec obscura est, neque digna refutatio. Quero igitur amplius, cur panem consecret Sacerdos illis verbis, quae diximus? Respondent illi, quod solum hunc consecret, quem velit denotare per voculam hoc: quae in consecratione est omnium primus. Sed quid hinc aliud sequitur, quam ut homo plebeius, qui mentem consecrantis ignoret, cogatur credere, id esse Christum, de quo tamen certus esse nequit, utrum sit Christus, an vero secus? Si enim de propposito Sacrificuli semper incertus esse debet, consecratio est, & de hoc illum dubitare, utrum verum Sacramentum adsit, nec ne. Qui certe cultus Dei, est in certus. Sed omissionis his obiectionibus, pergamus nunc de reliquis verbis consecrationis agere, quae omnino talia sunt: Accepit Iesus panem, egit gratias, fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Hoc est corpus meum. Quare nunc, utrum Sacerdos consecrans, ista verba pronunciet ex persona sua, an nomine Ecclesiae Christi. Si ex sua loquitur persona, tum non Christico p*ro*

pus, sed suum consecrabit. At neq; illud consentaneo-
rum est vero, vt ex persona Christi loquatur. Nam di-
cta verba, magis ad illos pertinent, qui rem gestam re-
ferunt, quam qui ex persona Christi loquuntur. Præ-
terea non dixit Christus: Hoc facite in meo nomine,
sed, in mei memoriam. Consuetudo sermonis hoc po-
stulat, vt ad panem dicat Missarius: Ego te consecro,
& frango, & distribuo in nomine Christi. Sicut, qui
baptizat, ex persona Dei inquit: Ego baptizo te, in
nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hic affir-
mant illi, quod Sacerdos prima hæc verba (accepit,
fregit, dedit discipulis suis) ex sua persona propria re-
serat: sed post verbum (dicens) loquatur ex persona
Christi. At neq; hoc responsum potest consistere,
quandoquidem in consecratione calicis ita scriptum
est: hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur.
Nam hæc verba erant mutanda, & dicendum: qui
pro vobis effusus est, siquidem Christus factum velit
commemorare. Ex quo perspicitur, quam obscura
sunt, & quam incerta Romanensium insomnia, quæ
illi in doctrinam de S. Cœna inuixerunt. An vero
non esset consultius, simpliciter insistere verbis Chris-
tis: Si quis dixerit: hic est Christus, nolite credere? Cæ-
terum & hoc doctrinam Romanensium suspectam
redit, quod tanti momenti articulus, & qui in primis
hominum animis debebat inculcari, non sit in Apos-
tolico Symbolo comprehensus, & nihilominus in
principio Decretorum Pontificis tam diligenter, &
exquisite de illo sit scriptum. Hæc res suspicionem
auget, vt pro figmento Pontificio habeatur, aut potius
pro summo apice doctrinæ Sathanicæ. Nam in hoc
fundas

fundamento consistit totus Papatus. Sed enim Christus sola fide à nobis videtur : & sola fide colitur. Idemque nos monuit, ut officia corporalia duntraxat. proximo nostro exhibeamus: sibi verò seruiamus spiritu per fidem. Quamobrem dicit, quod corporalipresentia non multum prospicit, eaçque de causa illam remouit ab oculis. Nisi ego abiero (inquit) paracletus non veniet. Hoc autem agit Diabolus, ut carnalem præsentiam obtineat, & omnia bona subuertat. Itaque fraudes suas fugo tegit, dum Christi præsentiam, non in specie hominis proponit, sed in specie panis. Vbi autem panis iste oculis corporeis aspicitur, & pro Deo colitur, etiam ministerijs corporalibus indiget. Nam fieri non potest, ut Deus in Ergastulum includatur, & suo honore destituatur. Atque hæc res tot preciosata templo, & templorum ornamenta protulit: hinc orte omnes lampades, omnes cærri, omnia vasa argentea, aurea, holosericea vestes, tapetes, sacraria, & his similia. hæc res occasionem præbuit Monachorum & Sacerdotum immoderatis v'lulatibus: hæc res vunctionem Sacerdotum, & coelibatum Sodomiticum peperit: Hac res alteram Sacramenti partem Laicis, quos vocant, abstulit. In summa: tolle Sacramentum, & simul omnem Papatum, cum omnibus suis priuilegijs, & ipso fundamento sustuleris. Nec dubium est, quin in aliquā do Papatus sit corruturus: præfertim cum iam magna ex parte conciderit. Quod si in Christo petra esset consolidatus, sanè contra omnes tempestates posset consistere. Sed hominum figmenta non sunt perpetua, neque inuicta. Quæ igitur sententia est verborum Christi: Hoc est corpus meum. Sententia non latet. Nec enim

enim panem vult transformare, sed hisce verbis (H O C
E S T C O R P V S M E U M) seipsum vult tradere : vt si
quis agrum vendit, & emptori tradit lapides, ligna
aut culmum, & dicat: En trado tibi hunc agrum: & si
cūt possessori domus traditur, quando claves condu-
ctori traduntur. Nam eodem modo Christus se no-
bis tradit per panem, ac si vellet dicere : Accipite,
comedite, nec vilipendite. Nam id quod trado
vobis, significat meum corpus, quod vobis do.
Si igitur istuc do, & si corpus in cruce pendebit, tum
pro vobis pendebit. Quin imo, quicquid ago & actu-
russum, id totum est vestrum. Hæc dulcissima ver-
ba, si recte perpendantur, magno erunt solatio. Neq;
hoc etiam frustra est, quod verbum E S T pro verbo
S I G N I F I C A T accipitur. Nam aliquando significatiuè
dicitur: vt cūm quis de atra nube dicit: Hæc est certa
pluia. Nam ventura pluia multò sic indicatur cer-
tius, quām si quis dicat: hoc significat pluviā. Similes
loquendi modos passim offert scriptura. Genes. 40.
Tres vites sunt tres dies, Item: Tria canistra sunt tres
dies. Et sequenti capite: Septem spicæ plenæ, sunt se-
ptem anni fertiles. Talibus exemplis abundant sacræ
literæ, cūm tamen Romanenses ex omni scriptura, ne
vnum quidem pro suo commento possint afferre. At
neq; hoc possunt Romanenses demonstrare, vbi Chri-
stus aliquid occultum ediderit miraculum, quod pu-
gnet cum experientia. Cæcis ille restituit visum, mor-
tuis vitam, leprosis munditiem. Et hæc ita fecit Chris-
tus, vt pleriq; homines ea viderent, & credere coges-
tentur. Sed Pontificia colluuiies exercet inuisibilia mi-
racula. Nam è pessimo ardellione, & turpissimo atque

indoctissimo homine, faciunt Pontificis sanctum, & doctissimum Abbatem, aut Episcopum. Nec enim postea experiuntur homines, eum factum esse sanctiorem aut sapientiorem: sed tantum sanctior & prudenter esse creditur. Sic scil. exercet Pontifex miracula: Redimit & animas e purgatorio, aliquid de poena remittit, quae Deus propter peccata imminuit, (vt ipse iascerit) sed hoc agit pecuniae causa, vt qui etiam de corporali pena peccati aliquid remittat: quod tamen non appareat. Nam in bello & peste, quos Papa absoluit, non nullam habent praeterea, qui non sunt absoluti, prærogatiuam. Quocircum inter panem, quo vescimur, & inter Christum, quo per fidem fruimur, constitutum est discriumen. Nisi enim quispiam distinguat & credat, se nihil aliud accipere, quam quod ore sumat, hic reus est corporis & sanguinis Domini, & comedendo, simulat se habere Christum, a quo propter suam infidelitatem alienatus est. Tu autem, bone Deus, miserere nostri. Nam atrox & horribilis est haec infidelitas. Filii Israëlis, postquam e Tyrannide Pharaonis sent exempti, obsaturati sunt pane cœlesti, & citius seruerunt viam, quam illis Deus per Mosen commissarunt. Fecerunt enim vitulum conflatilem, & adoravunt, & immolarunt ei victimas, & dicebant: Ecce, hi sunt Di tui, qui te eduxerunt ex Ægypto. At quanto retrior est nostra abominatio, quod a verbis Christi Doctoris nostri tam citio recessimus: qui ait: Si quis dixerit: Ecce hic aut illuc est Christus, nolite credere. Nos tamen panem leuamus, & dicimus: Hic est Deus noster, qui nos suo sanguine redemit, Omnibus modis

dis hæc opinio repudianda est: neq; illis credendum,
quidicunt: quod corpus Christi sit in pane, sicut flam-
ma in ferro, nisi Christo velimus credere, hortanti nos:
Si dicent: Ecce Christus est in cubili, nolite credere.
Atqui hoc est verbum Dei, pie lector. Non vivit hos-
mode solo pane, sed de quolibet verbo, quod egredi-
tur ex ore Domini. Nec dicit Dominus de hoc auxi-
lio, sed, de quolibet verbo. Nos autem omnia verba,
qua Christus in ultima sua Cœna protulit, relinquam-
mus, & hæc sola retineamus: HOC EST CORPVS ME-
VM, & HIC EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN
MEO SANGVINE. Evidem de horum verborum
intellectu tot libri sunt conscripti, ut unus homo intra
tempus longissimum non possit omnes perlegere.
Sed hæc est peccatorum nostrorum poena, ut talium
librorum autores habeamus: quia fontem aquæ viuæ,
Dominum Deum deseruimus, & ad cisternas vete-
res nos conuertimus. Omnia propter verba Dei, &
sola verba Dei iubemur audire. Nihil est liberum nos-
bis, nihil in potestate nostra. Dicit enim Dominus:
Oues meæ vocem meam audiunt, peregrinam vo-
cem non audiunt. Quid tu igitur ausis conari, ut faci-
as, aut loquaris ex teipso, cum istud a Domino sit pro-
hibitum? Si enim ouis es Christi, eos non audies, qui
in istam loquuntur sententiam. Nam verbum Dei
hoc prohibet. Quid istuc iuuat fratrem tuum: aut quid
promouet, si maxim' omnes hostias consecratis com-
ederis, & omnium calicum vina ebiberis? Si dicas,
præceptum te habere, quod iubeat hoc facere in me-
moriā Domini, non conueniet. Quid enim nobis
agendum sit, hoc Christus in ea Cœna sufficienter ex-

posuit, quinque totis capitibus, à decimotertio usque ad decimum octauum, sicut ea Ioannes Evangelista conscripsit. Audi, Audi Israël, verba Domini Dei tui. Hæc dicit Dominus: Quicquid horum minimo non feceritis, hoc neque mihi feceritis. Cauete vobis à Pseudoprophetis, & à Pseudochristis, qui multos seducunt. Dixerunt olim, ego sum Thomæ, ego sum Scoti, Hieronymi, Augustini, Francisci. At omnes veniunt & dicunt: Ego sum Christus: sed circumuenient fratrem suum, & multi ex his audi sunt, & amatores sui: quæ autem Dei sunt, ea deserunt, & nihilominus ea, quæ charitatis sunt, præ se ferunt. Ex illorum fratribus cognoscetis eos, dicit Dominus. Sed in hoc scient omnes, quod vos mei discipuli sitis, quando vos mutuo dilexeritis. Illi loquuntur ad gratiam populi: reticent veram doctrinam, quæ iubet, ne quenquam laedamus, sed patienter feramus persecutionem: neu resistamus malo, sed bonitate nostra malum superemus: ne contradicamus, si quis nostra nobis bona in iuste eripit, sed totam substantiam ei relinquamus, qui dimidiam exigit. Huius doctrinæ nusquam meminerunt Romanenses, & concessionem in monte habitam itidem omittunt, in qua Christus vitâ Christianâ propria scribit, & omnia declarat, quæ supra in Cœna illa verba prolixè commemorantur. Hæc res non docentur, aut certe negligenter docentur, & secundum traditionem humanam, sine fructu, sine Spiritu: quo si careamus, verborum Christi meminisse haudquam possumus. Is enim tantisper non aderit præsens, quantisper nos illum adesse crediderimus. Nisi enim ego abiero (inquit) paracletus non veniet. Et hæc sunt,

pie

Controuersie S. Cœna Domini. 157

pie lector, quæ ad te scribere voluimus, parati de vero
esu corporis Dominici, & vero potu sanguinis, prope
diem aliquid amplius commentari. Ora pro me, ne
deficiat fides nostra: sed ut nos, tanquam veræ ouicu
læ, veri pastoris, non autem mercenarij, vocem audia
mus. Scripta est Epistola anno 1521. & missa ex Hol
landia ad præstantissimum Theologum, penes quem
omne tum stabat arbitrium interpretandi Scriptus
ram. Edita autem anno 1525. Nunc tu perge, pater Ca
rolstadi.

CAROLSTADIVS.

AVdistis ex hac Batauina Epistola, quæ opis
nionis meæ fuerint incunabula, quæ primæ
huius sententiaz meæ semina, quæ salubers
rimæ doctrinæ fomenta. Nunc ut etiam in
telligatis, quibus incrementis aucta sint, & quomodo
paulatim vires acquisuerit hoc doctrinæ genus: repe
tam ex ipsius Cingli libris, paulò altiūs, omnem histo
riæ seriem. Igitur edita Exegeſi à Cinglio, & à multis
lecta, postulauit ipse à Senatu Tigurino, ut nouæ suæ
Cœnæ instituatur celebratio. Sed in pleno Optima
turn confessu, opposuit se illi Scriba oppidanus, qui
refutatis Cingli argumentis, perspicuè docebat, non
esse à verbis Christi, tam claris atque perspicuis, teme
rerecedendum. Quæ enim Cinglius afferret, ea non
sufficere probationi, sed parolas tantum esse, & simi
litudines: qualis illa sit de semine in agrum iacto,
Matth. 13. Deturbatus hīc ab arce sua, Cinglius (non
ne vera sunt Cingli, quæ dico? annuit: nam ita scri

158 *Acta Concil. National.super*

ptum reliquit) è Senatu discessit, & de toto negocio
accuratius meditari cœpit : sed nihil tamen inuenit.
Huldrich. Zuingl. quod non ante suo libro inseruisset. Appetente des-
in lib. cui Titul. rum 13. Aprilis, visus est sibi in somno Cinglius ita-
Subsidium Eucha-
ristie. atque ita repente obmutescere, vt, quæ animo suo con-
cepisset, ea non posset effari. Ibi demum ex improvi-
so apparuisse quendam (ater an albus fuerit, ignoratur)
Cinglius qui hæsitantem his verbis confirmauerit:
quin ignaue, respondes, quod Exod. 12. scribitur: Hos
die phase Domini est: hoc est, transitus. Ut primum
igitur hoc nocturno viso monitus, et è sommo exper-
gefactus fuit Cinglius, statim è lecto profiliit, & ma-
gna animi lætitia gestiit (quis enim non gauderet
Angelum sibi demitti coelitus, à quo rationem di-
cat corrigendi Euangelium ?) tum Mosaicum vo-
lumen prehendit: & cognito nouæ Cœnæ Cinglianæ
fundamento, eodem die suggestum concendit, ver-
bumque istud de Phase Domini, magno cum audiens
tium fructu, enarravit. Celebrati sunt ab eo tempore
multi conuentus, multa instituta colloquia, libri et ser-
mones multi passim editi, in quibus omnibus hoc vi-
nicè actum, qua nam via Cingiani cum Lutheranis
reconciliari, & fraterna vtrinque amicitia intriposset.
Verum Lutherus, & qui cum illo faciebant, omnem
prorsus amicitiam respuebant: & saepenumero palam
profitebantur, se neque velle, neque posse familiarita-
tem ullam colere cum eo homine, cuiuscunque tan-
dem sit conditionis, qui etiam rustici testamentum, de-
lana caprina factum, ausit peruertere. Multò vero nu-
nis pacem sancire cum illis, qui nouum omnipotens
Chri-

Christi Testamentum, sanguine immaculati agni confirmatum, vitiare non reformident. Quod si vestra patientia abuti vellem, magnis certe verborum anfractibus, demonstrare possem, quid in hac controversia hinc inde agitatum vulgatumque sit: quot editi libri, quot habita colloquia, quot institutæ disputatio-nes, quot peracta certamina. Sed cum frustra haec omnia ex temporum præteriorum memoria repeti iudicem, prolixiori enumeratione prudens supersedebo. Nam filius hic meus, Ludouicus Lauaterus, certamini huius historiam omnium diligentissime conscripsit: vnde, qui volunt, reliqua poterunt colligere. Et si autem pleraque tantum delibat homo timidus, ut canis e Nilo bibens, & sapientule loquitur perplexus: tamen satis ex illius verbis cognosci potest, ubi latet anguis in herba. Age vero, mihi Cingli, frater optatissime, testimonium mihi & veritati perhibe, ut sciant hi, qui adiungunt, utrum vera an falsa dixerim.

INTERPELLATIO CINGLII.

Go vero veniam inciuitatis rogo, quod sermonem Antesignani mei temere interpollo. Nam quæ hic Carolstadius propositulit, ea sunt ita vera, ut si negare vellem, tamen conscientia reclamante non possim. Tot enim visa, tot somnia, tot apparitiones nullo modo tacitus praterire possum: non ignarus, quorum hominum ludibrijs me exponam, quos contemptus subeat, quas sannas incurram. Sed quia de honore Dei agitur, cuius

160 *Acta Concil. National. super
ius reuelationes non sunt dissimulandæ , necessariū
dicendum est, quod subet conscientia. Nunc tu Prae-
ceptor Carolstadi, vt cœpisti, ita porrò loquere.*

ORATIO CAROL- STADII CONTINVATA.

 *V*m igitur hic consors meus Cinglius; ab
exteris hominibus mirifice exagaretur,
quibus ille nihilominus suam opponebat
alacritatem animi, et feruorem calamis, sicut
supr'a audiuitis in historia Scribæ oppidanis: ideo fa-
ctum est, vt ille aliquantò redderetur commotior: &
Ioan. Sledan. lib. 8. sicut de illo testatum fecit publicæ historiæ conditor,
domi suorum animos concionibus accendit, ita vt
anno 31. intestinum bellum excitaret, in quo ipse
(Thomæ Monetarij exemplo) armatus, contra ho-
stem in aciem processit, atque vnius ex antesignanis
fuit. Prælio commisso, Cinglius in prima acie occubu-
it: & vnâ cum ipso Guolphgangus & Reiplinus, Ab-
bas Monasterij Capelle, Conradus Fabri commenda-
tor Rusnacensis: & præterea sedecim ministri Eccles-
iae. Desiderata sunt etiam in eodem prælio sex milia
hominum. Chronicon Basiliense refert, Cinglii cadas-
uer repertum, in quatuor fuisse disceptum partes, &
flamma in cineres redactum. Hac ratione Cinglius,
martyr Sacramentarius factus est, & coram Deo suo
vitam præteritam morte honestiss. exornauit. Acci-
dit hæc mors anno 8 die, quem carmen hoc indicat.

*HeL Ver Iæ Z Ing Ll Doctor, pastorq Ve Ce Lebr.
VnDena OCTObr Is passVs In astra Volas.*

*Vuolfgang. Kyris-
ander in lib. de per-
secut. Eccles. circa
finem. Prætol. lib.
10. cap. 15. Christia-
Vurtis. ib. 8. cap.
11. Chron. Basil.
fol. 602.*

V

Vixit temporibus Cinglij, Ioannes Oecolampadius, Heidelbergensis: qui Græcum sibi nomen fecit, cum prius cognominatus esset Hausschin, quasi di-
cas, domus splendorem. Hic cūm intelligeret, testi-
monia, ē iure Canonico prolata, quibus Cinglij do-
ctrina, sicut & Orthodoxus ille consensus, inniteban-
tur, haberi contemptim: coepit ex Patribus colligere
alia testimonia, quibus suam opinionem confirmaret.
Nam Cinglius, quod rebus bellicis distineretur, le-
ctioni Patrum minus vacare poterat: & quia vissis no-
cturnis de sua religione siebat certior, testimonij ve-
terum Ecclesiæ Doctorum non indigebat. Itaque Oe-
colampadius nouos colores ē Patrum scriptis quæsi-
vit, tropos, figuræ, schemata & mysteria concinnauit,
quibus meam & Cinglij opinionem posset confirma-
re. Itaq; hic sanctissimus & optimus vir, posteaquam Ioan Schutz.
cap. 50.

de morte Cinglij audiuit, magna cum animi tristitia paucos post dies insecurus est, & idem cœlum con-
scendit, in quod Cinglius et Carolstadius, & prior ipsis Berengarius, peruenit. Cæterum singulorum vitam, scrip-
tiones, res gestas & exitus persequi, quotquot in hoc bello Sacramentario preclararam nauarint operam, nimis erit prolixum. Nam isti omnes, quos hic a sis-
nistris mihi adstare videtis, nobis ducibus stipendia meruerunt, & in hoc bello communibus armis hos-
tem Lutheranum, Confessioni Augustanae addictū, fortissime oppugnauerunt. Et sicut ego Pronomen, ^{HOC,} Cinglius verbum EST, egregio glossemate de-
clarauimus: torquendo, retorquendo, fingendo, co-
quendo, recoquendo: ita Oecolapadius nomen COR-
PVS est interpretatus, pro signo corporis. Campanus

verò sic exponit: quasi Christus dicat, Hic panis est
corpus, non meum, sed a me creatum: & proinde me
um nominatur. Svencofeldius hortatur, ut ex occu-
lis amoueamus verba Institutionis, si veram velimus
assequi sententiam. Sed & Lasco pronomen HOC
non ad panem, sed ad totam actionem Sacramenti, re-
ferendum censet. Blaurerus affirmat, vocem CORPVS
significare totum Christiani populi gregem. Bullinge-
rus verba: HOC EST CORPVS M E V M, interpretatur,
quasi Christus dicat: Hoc est ob-signatio mei corpo-
ris. Bucerus antequam hanc meam sententiam recan-
tasset, scripsit ista verba esse protestationem, & memori-
riam factorum Christi. Petrus Martyr omnem ver-
borum ordinem inuertit, dicendo: corpus meum est
hoc, nempe cibus spiritualis. Calvinus, & qui cum illo
sentient, etiam si aperte dicunt, verba Institutionis
ita accipienda esse, uti sonant, & insuper scribunt, vere
& substantialiter adesse corpus: tamen in idem conspi-
rant, & omnino nobiscum faciunt. Dicunt enim ve-
re adesse, spirituali non autem corporali modo, seu lo-
cali situ. Christi enim esse in coelo, neque
neque in pluribus, quam in uno loco subsistere, neque
alibi, quam in coelo querendū esse. Evidem morem
hunc sane laudabilem, & à Maioribus nostris acce-
ptum, scio nostris esse hominibus, ut singuli aliquid
momenti inueniant, quo pia opinionem confitent:
sicut alias faciunt legum interpres, qui singuli glo-
sam excogitant, ut obscuram legem explicitent. Sive
autem Significatiui sint, sive Tropistæ, sive Energici,
sive Arrabonarij, sive Adessenarij, Metamorphistæ,
Iscariotistæ, Neutrales, Sacramentarij, Iconoclastæ,
se

Controuersi. de S. Cœna Domini. 163

seu quocunque nomine appellantur: certum est, nullum inter nos esse discrimen, & nos omnes inter nos congruere, & similia esse nostra omnia. Nam huc omnis nostra recidit oratio, ut verba Christi, in suo Testamento ita intelligantur, vii sonant. Cæterum silentio præterire haudquaquam possum, quod anno 1566. in Gallia non tantum logomachia, sed acerrimum bellum inter nostros extitit, quod etiamnum hodie durat. Gliscere coepit hoc ipsum pridem in Germania. Sed quia nonnulli nostrum metuunt, ne quid detrimenti capiat doctrina Sacramentaria: idcirco nondum erupit isthic tumultus. Hoc vt verum esse intelligatis, lega vobis, quid de his dissensionibus scribat Clau- Præcol. lib. 10. cap.
dius Sancteius, in examine doctrinæ Caluinianæ & ii. Elenchi. Heret-
corum.

Bezanæ: vbi hæc verba ponuntur. Cœperunt, in ^{cc}
quit, anno 66. Lugduni Caluinistæ ab alijs defectio- ^{cc}
nem facere, autore Ludouico Alemanni Italo, aperi- ^{cc}
te oculos, & intueri verborum effascinationes atque ^{cc}
præstigias, quibus suorum mentibus illudunt impo- ^{cc}
stores Caluiniani (noli frendere Caluine, vel minari: ^{cc}
Beati, cum dixerint omne malum, &c.) Nam si quis ^{cc}
scripta Caluini & Bezae diligenter obseruari & con- ^{cc}
tulerit, triplicem opinionem de re, quam acquiramus ^{cc}
in Cœna, deprehendet. Vnam, quæ videatur ipsissi- ^{cc}
mam carnis & sanguinis substantiam polliceri: alte ^{cc}
tam, quæ nudam ac meram gratiam per Mediatoris ^{cc}
Christi carnem, quasi percolari ad nos effingat: tertia ^{cc}
am, quæ nihil noui fateatur ex Cœna referri, quod ^{cc}
non alibi & antea comparetur, præter panis & vini ^{cc}
pauxillum. At Lodoicus cum suis asseclis, sine ver- ^{cc}
borum inuolucris & circuitu, maluerunt ad primam ^{cc}

» Cinglīj opinionem redire, quæ simpliciter & ingenua
» concedit, spiritualiter tantum Christum in Cœna man-
» ducari, & beneficia omnia merito passionis eius su-
» mi potius, quam per fidei imaginationem somniare,
» se veram ipsam carnem Christi degustare, quam non
» propius re ipsa attingant, iuxta Caluinī doctrinam,
» quam summi cœli verticem. Has ergo positiones de-
» dit, quarum prima est. 1. In Sacramento Cœnæ, nulla
» nobis ad edendum aut bibendum datur substantia
» corporis & sanguinis Christi. 2. Neq; etiam perfidem,
» seu incomprehensibili modo, ut vocant. 3. Quia hoc
» totum imaginarium, & repugnat apertiss. Dei ver-
» bo. 4. Hanc autem manducationem corporis & san-
» guinis Christi, spiritualem tantum esse contendimus.
» 5. ad quam pñ veram fidem ac poenitentiam afferre
» debent, gratiarumque actionem beneficiorum, quæ
» accepimus à Deo per Christum. 6. Christus licet à su-
» is fidelibus non sit absens: tamen illius substantie
» corpus constanter affirmamus non esse præsens in hac
» Cœna. Caluinistarum Synagoga Ludeovicum illum
» cum suis complicibus conatur omnibus modis à reue-
» landis suis mysterijs, & verborum effascinationibus
» reuocare, aut violentia opprimere, quasi iam sola rez
» gnum in Gallia possideat. Ille magis & audacius cre-
» pat verbum Dei, quam ipsa: tuetur se pacificationis pu-
» blicæ edicto, quo se in libertatem conscientia afferat:
» sibi iuris tantum esse ostendit redeundi ad primam
» Cinglīj sententiam, quantum alijs fuit, deserta Eccles-
» sia Romania, in hanc vel illam se stam abeundi. Glo-
» riatur insuper, magis ingenuè se agere cum mundo
» quem nolit verborum ambagibus, & ambiguitatibus
» facili

fallere , neq; quicquam Caluini consensionē cum Tiz. " " " "
 gurini afferre, neq; sectam alienam ab intima Caluiz. " " "
 nī doctrina introducere : cūm ab eo scriptum didecerit, " " "
 Christum sola gratia & virtute nobiscum manserit, " " "
 rum in æternum : ab eodemq; videat distingui duplīcē " " "
 tem præsentiam & absentiam corporis Christi : reas " " "
 lem siue substantialem, quæ coelo contineatur, & Spis " " "
 ritualē, siue, vt ita loquamur, virtualem , quam collocat " " "
 in Cœna. Ecclesiae Caluinianæ Rabini, qui " " "
 Lugdunum occupant , breuem conscripserunt & " " "
 sparserunt admonitionem, qua student demonstrare, " " "
 & refellere Ludouici errorem , & in ea mirè amplificant " " "
 substantiæ carnis Christi participationem : sed " " "
 fumum vendunt, cūm ad fidei imaginatiōnē res " " "
 uoluuntur, & substantiæ, toto coelo à nobis remotæ, " " "
 vmbram cogitatione sectentur . Hactenus Sans " " "
 stesius.

Sed quoniam Tigurini, & Caluinus inter se dum conspirarunt, & concordem sententiam iam olim præsentes pacti sunt: idcirco spero ego, ipsos in Gallia, & cæteris nationibus, hanc opinionum diverſitatem facile composituros, & post communibus viribus, literalem sensum sacri illius testamenti ita oppugnatos, vt omnes mortales intelligent, neq; Christum Mariæ filium suæ Ecclesiae adesse, vsq; ad summationem seculi, prout nugantur Vbi quitarij: neque carnem & sanguinem illius in Cœna exhiberi vescientibus & bibentibus, vt ïdem cōminiscuntur. Senex hic rhenone mucido, aut Louis diphthera amicus, & bardocucullo Sarmatico teclus, quem mihi a tergo proximum videtis, Caspar Suencofeldius est,

166 Acta Concil. National super
nobilis Silesius, qui & ipse in hoc conuentu præsens
adesse voluit, iussitq; pauca suo nomine proponere.
Nam etsi Sacramentariorum fidei articulos non ap-
probat per omnia: tamen in hoc articulo doctrinæ, qui
est de Coena Domini, vnde quaq; nobiscum sentit.
Et hanc ille sententiam, non ex verbo Dei prædicato,
sed ex ore cœlestium Prophetarum, & viri ignoti per
insomnium arripuit. Eandem in illis 8 o. libris, quos
scripsit, aliquoties repetit, in primis vero in eo tractatu,
quem de Coena Domini conscripsit. Editus est hic li-
ber'a Tigurinis, qui suo illum calculo approb'arunt &
confirmarunt. Etsi autem sectatores Suencofeldij quis-
dam, in pleriq; articulis a se inuicem dissident, anis-
misch' sunt disiunctissimis: in hac tamen sententia om-
nes permanent constantes, quod Cœna Domini fru-
entibus nihil aliud conferat, quam panis buccellam, &
vini sorbillum. Adsunt vero alij nonnulli, qui magno
numero Suencofeldium hunc comitati sunt: Bern-
hardus Rotomanus, Balthasar Pacimontanus, Meno-
Simon, quondam Abbas, dignitate Princeps, Ioannes
Bockholdus Leidensis, ex sartore Batauo factus rex
Monasteriensis, David Georgius Gandauus e Flanz-
dria, primum pictor encausticus, postea Princeps Mo-
narchie Ecclesiastice, & Thomas Monetarius, Nico-
lai Storckij discipulus, alter Gedeon, & orbis terrarum
reformator. Hi causam acturi sunt suorum filiorum
in hoc confessu, si necessitas id postulare videbitur.
Et hi, ut scitis, hodie varijs appellantur nominibus. Vo-
cantur enim Anabaptistæ, Münceriani, Apostolici,
fratres hortenses, Nudipedes, Spirituales, Cathari, Ta-
centes, Euchetæ, Enthusiastæ, Adamitæ, Menonitæ,
Tib

Conr. Gesnerus in
Biblioth.

De his omnibus
vide Prætol. in
locis suis, Catal.
Hæret.

Controuersi de S. Cœna Domini. 167

Tibbe, Maliappi, Liberi, Adiaphori, Huitiae, Ambro-
siani sive Pneumatici, Melchioritæ, Monasterienses,
Dauidgeorgiani, Clancularij, Manifestarij, Baculares
sive Stebleri, Ollarij, Batemburgici, Pacifici, Aegidias-
ni, Libertini, Quintianistæ, Sabbatharij, Communia-
bentes, Condormientes, Eiulantes, Polygamistæ.
Hi omnes & suo & suorum nomine vobis per me in-
dicant, quod de Christi præsentia in sua Cœna nihil
prosuls sentiant: sicut hoc ipsum in colloquijs Helue-
ticis, & nuper admodum in nouitia ciuitate Fran-
ckenthalij aper'e docuerunt. Nam pro symbolo fra-
ternæ coniunctionis habent, & magnoper'e glorian-
tur, quod ipsi huius certaminis Sacramentarij primi
inflauratores extiterint in Belgio: non autem Cin-
glis in Heluetia, aut ego in Saxonia. Feci tamen,
quod potui, & hanc ambitiosam opinionem illorum
animis exemi. Ostendi enim, hanc laudem ad Simo-
nem Magum & Arrium, Maiores nostros, pertinere,
quibus nos posteri nequaquam eam inuidere debe-
mus. Itaq; pacati nunc illi degunt, & ex animo lætan-
tur, quod non in hoc tantum, sed etiam in altero secu-
lo, Sacramentariorum coetui connumerandisint, &
vnus corpus nobiscum futuri: sicut ipsa Cœna Do-
mini, ad hoc ipsum dicitur communicatio. Præter
hos etiam alij aduenerunt Clancularij, & neutrales
Sacramentarij, penè innumerabiles, qui, etiam si no-
scunt, & neutram partem damnare volunt. Nam ubi
de Cœna Domini sit mentio, humeros ipsi attrahunt,
nares crispant, supercilia contrahunt, caput mouent:
vt se sapientes ac prudentes viros esse doceant. Hi ut
plurimum

Plutarch in vita
Solonis sect. 50.

plurimum homines sunt præstantes, qui iudicant, &
fronte illorum non apparere, quid in sinu occultent.
At boni viri ipsos vident introrsum turpes, speciosa
pelle decoros. Cum autem legibus sapientissimi So-
lonis cautum sit, ut qui in seditione ciuium neutrini
parti adhæret, is omnium honorum aditu prohibe-
tur: idcirco nos istiusmodi clandestinos Sacramen-
tios hoc loco indignos iudicauimus, quorum senten-
tia publicè hīc proponatur: donec ipsi tam aperti &
candidi fiant, ut aut nobiscum fateantur, EST, idem
valere quod SIGNIFICAT: aut cum aduersariis dis-
cant: EST, manere EST, etiam si fractus illabatur or-
bis. Prolixorem me fuisse, quam decuit, non inferior
Sed istud non tam verborum, quam rerum ipsarum
multitudini atque copiæ attribuetis. Nunc finem ora-
tioni meæ impono, & Saracenorum Legatis dicendi
potestatem facio. Nam illos non nihil tædij ex nostra
prolixitate percepisse video. Si qui tamen sunt, quibus
nostra sententia nondum satis innotuit, ijs nos
quoquo tempore & loco, satisfacturos pollicemur.

Hæc locuto Carolstadio, processit in medium coro-
nam Legatus Regis Persarum, cum socijs Saracenis &
Turcis: atque huiuscmodi orationem habuit.

ORATIO SARACE- NO- RVM, PERSARVM ET TVRCARVM.



Ta est P. C. vt dixit Carolstadius noſ
Nam magnum nobis ista sermonis pa-
lerati prolixitas tædium peperit: non
nos Legati, à serie historica, & rerum di-
duarum

duarum dijudicatione abhorreamus, sed quod veritatis orationem, ut simplicem, ita breuem esse cupiamus. Evidet, si vnius Mahometis, magni Prophetæ Dei, verba de Cœna Domini, ex Alcorano, unde hæc tota Sacramentaria opinio proficiat, fuissent deprompta; facil' est quiuis mediocriter oculatus peruidere posset, quæ nam vera esset sententia. Nam Alcoran ideo cœlitus Prophetæ commissus est, ut hominibus CONTRARIETATES suas exponat, & viam rectam credentibus patefaciat. Magnum profecto Dei beneficium, quod Alcoranum dedit, qui religionis dissidia tollat, & ubi Iesus Mariæ filius perplexè & obscurè locutus est, verum verborum eius sensum explicet. Ita autem Alcoranus de hac re narrat: Viris al- Azoara 13. fol. 44.
bis vestibus induitis, à Iesu, Mariæ filio, quærentibus, " an Deus super omnes mensam cœlestem ponere posse est: Iesus ipse respondit: Si creditis in Deum, ipse sum timete. Illis autem dicentibus: Volumus inde comedere, ad nostrorum cordium confirmationem, " vtrum te verum dixisse sciamus, eum nostro testimonio confirmemus. Deum inde sic exorat. O Deus, " mensam nobis cœlestem, quæ sit nobis Pascha, omnibus præsentibus scilicet, atq; cæteris, atq; miraculum tribue. Quem Deus exaudiens, inquit: Illis eam præbebo. Sed quisquis deinde incredulus factus fuerit, " eum, præ cunctis gentibus, poenitatis miserijs affligam.

Pauca sunt hæc verba, quæ ex ore Gabrielis Arcangeli Muamedes percepit. Cum autem clara & perspicua sint, nos ea hic retinenda, & ab omnibus obseruanda ducimus, vt poenam vitemus, quam Deus

170 Acta Concil. National. super

Deus minatur omnibus, quicunq; legem Muhamedicam, suis ipsorum glossis interpretari, nefario ausu conantur. Etsi autem, non ea de causa huc aduenimus: (Nam ne Prophetis quidem de eo libro, cœlitus missio, absq; indignatione Dei, & magni illius Prophetae Muhamedis disputare licet, vt Alcoranum nostrum glossaria enarratione interpretentur:) tamen, vt nosster consensus, & Saracenici Alcorani cum Carolistarum opinione, æquanimis concordia in hoc negocio pastescat: operæ premium erit, vt præcipios articulos, qui huc obseruandi veniunt, obiter saltem percenseamus.

Azoar. 32. 1.
Ioannes Cantae-
zenus orat. 4. cont. gnis Prophetæ, ne quaquam pro Deo vero, nobis agno-
scet, Mua.
Azoar. 4. & 6. scendus exhibetur. Quanquam enim alijs in locis

hoc ei testimonium perhibet Alcoranus, quod Pro-
phetatum omnium, alio super alium sublimato, vni-
tantum Christo Mariæ filio, Deus propriam animam
communicauerit, & vim atq; virtutem præ ceteris
præbuerit: quam illi laudem paucissimi ex Sacra-
mentarijs (sicut ex ihs, qui Muhemedi ex ipsis nomina-
dant, indies experimur) concedunt: tamen ipsum hoc
loco nudum constituit hominem, qui gratiam à Deo
patre, & mensam cœlestem suis precibus, non pro-
pria autoritate largiri possit, sed impetrare cogatur.

Azoar. 11. 13. 26. 27. Quare cum consubstantialis Patri Deus non sit, &
29. 31. 35. 47. 49. 82. cui potestas in cœlo & terra sit tradita, ideo neq; Sacra-
mentum instituere, neq; vim aut virtutem Sacra-
mento propriam tribuere, ac multò minus corpus &
sanguinem suum dare vescentibus & bibentibus
potest. Atq; hoc, cum unicum sit fundamentum no-

sse

Controuersi de S. Cœna Domini. 171

stræ confessionis, de absentia corporis & sanguinis Christi a sua Coena, in hoc quoq; fundamento, cuiusque scriptoris Sacramentarij consensum possum esse arbitramur.

Deinde, Cœnæ huius actio non ita crassæ à Mus
hamede describitur, vt à Barbaris piscatoribus, qui
corpus & sanguinem, nouum testamentum & com
municationem corporis illam appellant: Sed absque
tropis, figuris atq; schematibus mensa cœlestis voca
tur, vt quoddam discrimen sit inter hanc & alias mens
as terrenas. Nam sicut cibus spiritualis vocatur à Sa
cramentarijs: eodem sensu ab Alcorano mensa cœles
tis nominatur.

Qui porrò finis huius cœnæ sit, aper'te declarant
verba Alcorani: quod ad confirmationem cordium
nostrorum quidem sit instituta, sed non ad eam, quæ
naturali participatione fit: sicut quidam aduersus ve
teres Sacramentarios scriptitasse, suprà è Simone Ma
go, Muamedis nostri fratre, commemoratum est.
Nam sicut verbum prædicatum, & circumcisio homi
nem confirmat: ita & hæc mensa cœlestis animam hu
manam Iesu Mariæ filio non vnit, sed nescio quorum
fœderum recordari facit.

Et ne quis cogitet, hanc cordis confirmationem,
aliquo naturæ indigere adminiculo, sicut alias cor ho
minis pane & vino refici & corroborari solet: aut ne
id credit quispiam, quod captus humanus compre
hendere non potest, idcirco Alcoranus scriptum in
terpretatur, dicendo: vt te verum dixisse sciamus, nos
stro testimonio quoq; confirmemus. Nam quicquid
rationi nostræ aduersatur, id omne pro falso ducen-

Y 2 dum

172 *Acta Concil. Nationalis super*
dum atq; rei ciendum est. Ita enim comparatus ei
Alcoranus per omnia , vt nihil in eo sit scriptum,
quod cum recta ratione non optimè congruat. Et hac
cogitatio Vlricum Cinglum , fratrem nostrum , in
Colloquio Marpurgensi, vt fama certa accepimus, eo
impulit , vt aperte de Mysterijs Dei diceret : Deum
non proponere hominibus incomprehensibilia.

5. Præterea, ne quis in animis hominum relinqua-
tur scrupulus, adhuc multo apertius declarat Alcora-
nus, quæ nam illa, & qualis sit mensa: nempe, quæ no-
bis sit Pascha . Quibus verbis liquido affirmat, corpus
& sanguinem Christi, in Cœna Muamedica nihil dif-
ferre ab agno Paschali, qui significabat Christum, nul-
la adhuc carne vestitum , necq; dum e virginine Maria
vel conceptum vel procreatum . Idcirco Achmedes
Saracenus, in eo colloquio, quod contra Archiepisco-
pum Gazensem, de Cœna Domini instituerat, panem
vocat exemplar corporis Christi , perinde atq; sacrificie
cium hirci, quod Iudæi offerunt. Sed cum Archiepis-
copus ille à sententia Mahometica dissideret, hilice
verbis se oppositebatur Achmedi, & Tropos istiusmodi,
ante annos ducentos & quinquaginta sic elusit: Ab-
sit, inquit, vt nos exemplar corporis Christi appelle-
mus, sanctam communionem, aut nudum panem, aut
figuram, aut imaginem , quin imò corpus ipsum reue-
ra, & sanguinem Christi Dei nostri . Sic enim credi-
mus & profitemur iuxta vocem ipsius Christi, quam
ad discipulos in Cœna illa Mystica, tradens eis pas-
tum viuiscentem, pronunciabat: accipite, comedite,
hoc est corpus meum. Hactenus Samona. Sed nihil
commotus fuit hac interpellatione Achmedes, & alii
cristiani

Dialogus Beati Sa-
monæ & Achmed,
Saraceni de Cœna
extat tomo 4. Bi-
blioth. Sanctæ fol.
439. Imprefs. Paris.
anno 75.

criter Episcopo Samonæ respondit: Heus, inquit, Epis. " scope, ex te audire velim, quamobrem vos Sacerdos " tes Christianis illuditis: dum panem ex farina coctum, " minutim partientes, corpusque Christi nominantes, " vobis ne ipsis illuditis, an illis, in quos habetis impe- " tium?

Ex quibus verbis apparet, vnde profecti sint hitis
tuli: Deus pistus, tostus, impanatus, paniceus, in hor-
to crescens, & similes. Neque enim hæc recens sunt
nata vocabula, sed ante aliquot centena annorum, à
Mahometicis excogitata, crebrisque sermonibus usur-
pata. Sicut & hoc illorum est inuentum, cùm dicunt:
Quod si tu Vlricē Cingli, (liceat hoc mihi pace tua di-
cere) eo tempore, quo ad arma prosluisti, saltem Al-
coranū nostrum inspexisses diligentius, quām prom-
prum & facile tibi fuerat, Scribam istum oppidanum
conuincere, & verba Alcorani obīscere, dicendo: pa-
ra nobis mensam cœlestem, quæ nobis sit Pascha.
Quid hic albo aut atro opus erat Genio? qui somni-
anti suggereret: hodie Phase Domini est. Iudicent hīc
omnes viri sapientes & boni, an non Maheticus
Alcoranus de mensa cœlesti, multò loquatur clarius,
quam omnes Sacramentarij. Mea certe sententia, sī Azoar. 42.
pobè perspectus & exploratus fuisset Alcoranus,
qui est liber ambiguitatis expers, verba Christi haud
quaquam ita miser'e essent discepta: vt alias Prono-
men H O C, alias verbum, E S T, alias nomen, CORPVS,
alias deniqz Pronomen, M E J V M, in aciem produceret.
Sunt vero & alia argumenta, quibus absentiam
Christi ab hac Cœna stabilire possumus: & eorum

Zuenglius passim
in suis scriptis,
Boquinus.
Viretus lib. 13.

174 Acta Concil. Nationalis super

Azear. ii. fol. 37. hoc præcipuum, quod Alcoranus noster docet: Chil-

stum non esse mortuum. Iudæi, inquit Alcoranus,

» Christum Mariæ filium, Dei nuncium peremisse pen-
» hibentur. Sed nunquam eum, imo sui similem suspen-
» dentes interfecerunt: quia Deus incomprehensibilis
» & sapiens, eum ad se commigrare fecit. Et hæc opinio
nobis communis est cum Cerdone, Marco, Manete,
Saturnino & Basilide. Neque enim credimus, verum
esse, quod Christus dicit: Accipite, comedite: hoc est
corpus meum, quod pro vobis traditur: Hic est san-
guis meus, qui pro vobis effunditur. Nihil traditum
est, nihil effusum est, nihil præter panem & vinum
adest: nihil aliud in hac mensa coelesti quaritandum
est.

Accedit huc, quod Mahometani dicunt: articulum
fidei, de ascensione Christi, non concedere ullam in
Cœna præsentiam: cum ille in Paradisum raptus
sit, vel in præsentia creatoris vitam agat, usque ad dis-

Azæos. 33. fol. 110. em nouissimum. Nam ita Alcoranus loquitur: Filius
» um Mariæ, inquit, simul & ipsam, hominibus miracu-
» lum facientes, ipsis locum bonum, & aquis amoenum
» habitandum præbuimus. Declarat hanc sententiam
» alius liber Authenticus, his verbis: Christus ascendit
Sumula contra Sa- ad astra, ibique in carne viuit, in præsentia creatoris
racen. mox ab ini- usque ad aduentum Antichristi. Ad confirmationem
tio fol. 3. nostræ sententiae, in medium allatae, de certo & certi-
cum scripto loco, in quem Iesus Mariæ filius, post
emigrationem ex hac vita receptus est, duo hæc addu-
xisse testimonia nunc temporis sufficiat. Idem eni-
nis ab hinc triginta, idem Genevæ & Tiguri publica-

Controuers. de S. Cœna Domini. 175

professus est. Nam diserte inquit: Præsertim vero tol-
lenda est quælibet localis præsentia imaginatio. Nam
cum signa hic in mundo sint, oculis cernantur, pal-
pentur manibus, Christus, quatenus homo est, non
alibi, quam in cœlo, nec aliter, quam mente & fidei in-
telligentia quærendus est. Miretur autem quispiam,
qui factum sit, quod ter Maximus ille Muamedes no-
sti, non statim a condito Alcorano, Iesum Mariæ fi-
lium ad dexteram Dei, sed primum in Paradisum ter-
restrem, et insecuris temporibus in septimum cœlum,
quod ipsius Dei proprium domicilium est, tandem
collocare voluerit.

Causas, si paulisper, dum à me narrantur, attenderis
tis, vobis quam paucissimis explicabo. Muamedes
Propheta ut alia sua omnia ab alijs, ita doctrinam de
Deo corporeo, & forma humana, ab Audæo Syro,
Vadianis & Anthropomorphitis mutuatus est. Adeò
autem immani magnitudine, & tam vasta mole De-
um nostrum prædictum esse nobis tradidit, ut ferè ca-
pum nostrum supereret: id quod haud obscurè ex Dei
nostris ministrorum ineffabilí planè magnitudine con-
iecturare poteritis. Nam vehiculum, sive solium, in
quo Deus portari solet, à septem Angelis semper su-
bientur, quorum quilibet toto hoc mundo millies
major existit, & habent singuli septuaginta millia ca-
pum, & in quolibet capite septingenta millia ora, &
in quolibet ore mille septingentas linguas, Dominū,
quem continenter portant, leptingentis millibus idio-
matis laudantes. Sunt præterea tanta ceruicis ampli-
tudine, vt si continuè volaret avis, vix mille annis ab
una aure perueniret ad alteram: vt patet ex libro apud
Saras

Niceph.lib.ii. cap.
14. & lib.13. cap.10.
Histor. Tripait.lib.
7. cap.11.

Richard.in Confus-
tatio. legis Sara-
cenic. cap. 14. pag.
164.

Liber doctrin. Ma-
hum. fol.153.

Saracenos tantæ authoritatis, quantæ sunt apud Christianos Euangelia. Si ergo ministrorum immensitas tanta est, quantam, obsecro, putabimus ipsiusmodi esse? Deo nostro quæ dextera? Sub hanc potuisse Muamedes, si vñquam quicquam imprudenter, vel inconsideratè loquutus fuisset, scripsisset, vel ordinatus Iesum Mariæ filium collocare, vt ibidem, sicut Tyrus ille Maronianus patulæ sub tegmine fagi, ita Iesus extensæ sub tegmine dextræ molliter recubaret.

Considerans autem Muamed, quod Iesus Maria filius, purus putus homo, similis aliorum omnium (de eo enim, quod suprà ex Alcorano retulimus, Deum ipsi animam suam communicasse, &c. quia Sacramentarij videtur eo nomine, Christo nimium tribui, vos biscum non amplius digladiamur) idcirco illum eorum lo exclusit. Nam cum septem sint Cœli (nos hic stultas Astronomorum demonstrationes nihil moramur) fol 139.

Liber de colloquio Muamed. & Iudeo-
rum fol 139.
 1. ex aqua viridi, 2. ex aqua clara, 3. de Smaragdo, 4. de Hyacintho
 viridi, 5. de auro purissimo, 6. de nebula lucida, 7. de splendore ignis. Et
 cum iter à nobis usque ad infimum cœlum sit quinque
 gentorum annorum, & consequenter tantundem vias
 ab uno quoque ad proximum cœlum: quomodo pu-
 rus homo, hoc immensum iter biduo triduoque, aut una
 & altera horula possit conficeret? Et, vt maximè in co-
 lum ascendere voluisset & potuisset: tamen iuxta Phy-
 sici corporis proprietates, adhuc vix tertium attigisse
 cœlum: neque ante nouissimum diem eo penetra-
 ret, sed tanquam Mysorum postremus, ad Calendas
 Græcas in supremum veniret. Ut ergo sanctissimi
 Iesus, Mariæ filius, rerum abs se præclarè gestar-

Azoar Elenideh,
h. 4.

præma

Controuers. de S. Cœna Domini. 177

præmiūn, homo terrestris, terrestrem Paradisum citra
moram acciperet, in Paradisum à Muhamede in suo
Alcorano translatus perhibetur. Et planè assentimur
Sacramentarijs, Christum in certo loco hærere, pro-
pter Physici corporis proprietates. Si enim ianuis clau-
sis ad discipulos suos ingredi non potuit, nisi socij nos-
tri Cingiani illum per rimam inducerent; vel Calui-
nus illi integras fores aperiret, ne tenellum corpus vl-
lam pressuram pateretur: vel, nisi Martyr illum per fe-
nestram introduceret: quomodo nobis persuaderi pa-
tiemur, illum tot cœlos, tantum non adamantinos, pes-
netrare potuisse? Nolite, nolite, inquam, fratres sto-
machari, quod paulo apertiūs de Iesu Mariæ filio,
etiusque humana natura verba facio, vt quæ, sicut nos
sentimus, cum diuina nunquam sit coniuncta: vel, si-
c ut vos sentire videmini, coniunctam quidem, sed
nec diuinam per vñionem personalem ex gratia quic-
quam humanæ communicasse, neque humanam vel
minimum diuinarum proprietatum accepisse. Certè,
si quod res est, fateri volumus, vnam & eandem tue-
mur opinione m. Nos quidem lucubrationum ve-
strarum lectione nō admodum occupamur. Si quan-
do autem ex Sacramentarijs Antitrinitarij fiunt, &
deinde ad nos deficiunt, solent quædam capita doctrin-
ae ex ore, vel libris præceptorum suorum excepta,
secum adferre, quæ & legimus, et cum nostris, an con-
sentanea videantur, conferimus. Cuiusmodi est illa
sententia, quæ nostrum sensum egregie confirmat, &
quam Confessionis loco, non ita pridem quidam euul-
gavit: eam descriptam vobis prælegam, vos deinde iu-
dicare. De die (inquit) nouissimo, nemo scit, ne-

Prætol. lib. II. cap.
18. catal. hæret.

Rudolph. Gualt.
homil. 11. 2. in 13.
caput Marci,

Z

Anz

178 Acta Concil. National. super

Angeli quidem, nec ipse filius, nisi solus Pater. Adum se quoque communi huic ignorantiae subiecti, nihil suae diuinitati & omniscientiae derogat, sed pro hominis assumpti conditione loquitur. Scimus enim in Christo duras naturas agnoscere debere: Diuinam nimis, qua Patri coæternus, & consubstantialis est: & humanam, quam præfinito tempore ex Maria virtute assumpsit. Quod ad diuinam vero, nihil illum latere potest: & iuxta hanc hominum cogitationes quoque non semel arguit, ut Euangelica historia testatur. Quoad humanam vero, quæ nostris peccatis expiansis seruire debuit, Ihs quoque infirmitatibus subiacet, quæ ex peccato in nobis obortæ sunt. Iuxta hanc ergo sitit & esurit, pauper & egens non habet, quo casum reclinet, fatigatur, dolet & contristatur ad mortem, lachrymas fundit, & multa ignorat. Qui iuxta diuinitatem omnes creaturas pascit, omnibus imperat, & extra omnem infirmitatem atq; corruptionem positus, nihil etiam ignorat. Huc facit, quod Lucas prirena Iesum, ut ætate, ita etiam sapientia profecisse scribit: qui tamen, quoad diuinitatem, ipsa est sapientia. Et probè obseruanda est, ista naturarum distinctio, quæ per idiomatum communicationem multis scripturæ locos, recte intelligere docet, quos si iuxta literam accipias & pertinaciter urgeas, veteres heresies reuocabis, & vel diuinitatem Christi, vel humanitatem in dubium adduces. Et hodie in re Sacramentaria, & ascensionis Christi articulo hoc multis imponit, quod inter naturas Christi non recte distinguunt. Hanc etenim socius. Non singula verba huius testis nunc ponderabo: de Iesu Mariæ filio nihil scio (nam liberlxx

Ioan. 2.

Matth. 9.

Ioan. 19.

Matth. 8. & 26.

Ioan. 11.

Luc. 19.

Luc. 2.

Wattfriz.

licet etiam res inauditas & nouas, etiam nouis voca-
bulis exornare) quem Lutherani, propter personas
hæm vñionem, omniscium faciunt, planè tacebo : de Isidor. Hispal. lib. 8.
nouis Agnoetis, qui veterum, ante annos mille ducen- cap. 5 Etymolo-
tos ab Orthodoxis, vt i volunt vocari, damnatorum. gias. 24. q. 3. Parag.
Quidam.

Niceph. lib. 8. cap. 5.

opinionem, quæ à Nicephoro verè riuis Arriani dog-
matis appellatur, de nihilscientia Christi sepultam,
denuo hoc seculo resuscitārunt, non missabo : cùm
& Simon ipse Magus, hanc suam sobolem præterire,
ne authorem Trophonium & Theodosium, aut
Contobalditas nominare quidem dignatus sit. Hanc
autem salebrā transilire, nec possum, nec debeo, quod
multos memini diuinitatē & humanitatem Christi in
dubium adducere, propter rem Sacramentariam &
ascensionem Christi. Quod autem obliquè miseros
Lutheranos perstringat, nostramq; communem opis-
tionem de Cœna & ascensu Christi tacit'e compros-
bet, cuius mediocriter oculato, liquido apparet: ideoq;
de impotentia Iesu Mariae filio nunc plura non dice-
mus. Porro quomodo, quando, aut qua de causa, ex
circumscripto loco Paradisi terrestris in summum cœ-
lorum euaserit, doctrina Muamedica non adeo ma-
nifeste tradit. Sunt, qui illum à Deo accersitum, &
duce Gabriele Archangelo per Elmparac, Muame-
dis iumentum, nocte vna per tot cœlos adiectum, ad
Deum penetrasse existimant: eo quod Alcoranus di-
cat, Deum hominibus Iesu & Mariae translationibus
miraculum fecisse. Alij iudicant, quod cum esset ab-
stinentissimus, voluptatem & splendorem, cumpris-
mis formosissimas virgines, coniuges, Ganymedes, Azoar. 2. 5. 9. 19. 28.
& quæ habet Muamedicus Paradisus, aspernatum, 46. 47. 48. 54.

180 *Acta Concil. Nationalis super*

Liber doctrin. Ma-
ham. fol. 191.

imperasseque orationibus, ut illum ad se in celum
Deus reciperet. Ut sit, hoc constat, Christum ier-
rum in certo & circumscripto loco nunc vitam agere,
usque ad aduentum Antichristi. Si in hoc inter nos
conuenit, non est, ut de alijs scrupulosius inquiramus.
Ceterum, quia & in hoc articulo, Iesu Mariæ filio,
plus quam par sit, tribuere videmur, indubitanter cre-
dendo, quod apud Dominum nostrum proprie com-
moretur in celo: Deus autem coram se semper habe-
at tabulam de Smaragdo viridissimo, & calatum scri-
ptorium, cuius longitudo itineris quingentorum an-
norum, latitudo vero, octuaginta itineris annorum,
octuaginta dentes habet, qui non cessant scribere, quic-
quid sit in mundo, usque ad diem iudicij. In tabula
scriptum est, quicquid fuit, est, & erit in celo & terra.
Hanc tabulam Deus per diem et noctem centum sex-
aginta vicibus inspicit, & semper erigit & deponit,
quem vult. Si ergo Iesus Mariæ filius Deo assifit,
an non in tabula illa legere, & sic contra veterum &
recentiorum Agnoétarum fidei articulum, omnia scri-
re potest? Nolumus a vobis dissentire, sed huic ob-
iectioni ita volumus respondere: quod Iesus Mariæ
filius literas Arabicas, quibus Deus vtitur, nesciat: aut
si haec ratio infirmior est, quam ut cordatores sibi tan-
tam Iesu Mariæ filij inscritam persuaderi patientur,
confugiemus, more nostro, ad proprietates Physici
corporis, cuius oculi tanta acie haud sunt prædicti, vi-
saltatem calatum, nedum tabulam, aut quæ in ea con-
scripta sunt, penitus perspicere queat. Videlis, Patres
conscripti, quam Alcorani nostri omnia, ad amissim
cum vestris sententijs congruant, rationique humanae
ho-

hæc multo magis consentanea sint, quām illa, D E V M
 esse Spiritum, & extra omnem locum, nihilominus
 vamen habere D E X T R A M localem. Imperis
 ti multitudo, facile hæc nostra assequi potest.
 Quod animaduertentes socij nostri, Papistæ, & no-
 stram Saracenicam fidem de Deo adumbrare volen-
 tes, fere in omnibus suis templis, (sicut nos ipsi in
 Hungaria, à nobis expugnata, sàpè oculis nostris
 contemplati sumus) senem prolixia barba in solio se-
 dentem, à dextris Iesum Mariæ filium in paulo hu-
 miliori sedili, virginemq; Mariam ad laeuanam, in pau-
 lo sublimiori, pinxerunt: Et secundum præceptum
 Decalogi, de non faciendis imaginibus, in publica re-
 citatione potius omittere, quām simplices de opinio-
 ne corporei & localis Dei diffidere, maluerunt. Spe-
 ramus fore, si Carolstadij peregrinus & ignotus mo-
 nitor, vel Cinglij ater aut albus Genius, denuò rea-
 versi fuerint, quod vel in vocula H O C, vel vocula E S T,
 non multum operæ sint collocaturi. Dicent enim,
 amplectimini Alcoranum, qui est liber ambiguitatis
 expers: hic docebit vos viam rectam, vt Paradisum
 possidere, & gehennæ poenas evadere possitis. Quare,
 aut illi consimilia nobis commonstrent in suis Biblijs,
 aut hanc nobis laudem tribuant, quod Sacramentarii
 in opinionem à nobis didicerint, & nostri Alcorani
 verbis & rationibus eandem apertissime confirmare
 possint. Nam si Christus non est verus Deus, sed Dei
 seruus, suis quibusdam ornatus priuilegijs: si Christus
 mensam coelestem nobis ad confirmationem cordis
 um præparauit: si mensa illa rationi congrua est, &
 agni Paschalis, aut alijs hostiæ ritu, rem absentem de-

notat: Si in certo cœli loco confidet, vnde ei discedere non licet, ante diem nouissimum, quomodo nos articulam de absentia Christi à Cœna, voce Gabrielis Archangeli, & magni illius Prophetæ, confirmatum, non defendamus? Quomodo non manibus pedibusque in sententiam Cinglij abeamus? Aut cur lacum vnguem ab isthac opinione Caluinica recedamus? Quod superest, vos omnes, qui huic Concilio aderitis, maximoperè oratos volumus, vt si qui vestrum huic sententiae iam subscribunt, aut posthac subscripturi sunt, illi candide agant, neq; in hac professio ne quicquam dissimulent. Nam hodie multi inueniuntur, qui Christi corpus vere & substantialiter in Cœna adesse scriptitant: neq; credunt tamen id verum esse. Dicunt enim, vera fide non esse alibi quam rendum Christi corpus, quam in certo quodam Paradiſi loco, vbi inter beatos Angelos obambulet. Et quanquam affirmant, Dei filium suas proprietates communicasse Mariæ filio: tamen prædicationem verbalem, & titularem esse statuunt. Muamedes nostrator, ita versipellis, ita malignus, ita malitiosus haud quaquam fuit, vt aliud in pectore clausum, aliud in lingua promptum haberet. Is enim, vt primum hanc Sacramentariam opinionem animo concepit, siue ab Archangelo, siue à Monachis, Sergio & Ioanne, quorum ille Arrianus, hic Nestorianus fuit, ita condonatus, statim verba testamenti paraphrasticas, ne locus ambiguati relinqueretur, sic exposuit, & Cœnam huius definitionem talem constituit: quod sit mensa coelestis, testimonio rationis nostræ stabilita, ad confirmanda corda, qualis etiam fuerit agnus Iudaicus.

*Fortaliti. fidei. lib.
4. consider. 1. Act. 2
fol. 99.*

HK

Hæc ingenua est confessio, quæ virum bonum & candidum decet. Nam bilingues isti, de quibus dixi, circulatorum & Agyrtarum similes sunt, qui arte & fuso quodam hominibus imperitis ora sublinunt, & palpum obrudunt. Si quis Alcorani sententiam ex animo amplectitur, is liberè profiteatur, quid sentiat, vt ne alij duplice lingua in errorem perducantur: sed vt sciant, quantum fidei cuiq; scriptori sit adhucbendum. Porro, si nobis Saracenis Laconica breuitas non tantopere probaretur, possemus complura in medium proferre argumenta, quibus liquido demonstraretur, Sacramentariam opinionem nostram esse, vel hoc vno maximè argumento, quod non ita prizetem quidam Sacramentarij publicè editis chartis, iudicio & suffragio Imperatoris Turcici, Cinglianam de Cœna sententiam confirmatam esse, gloriati sunt. Constat enim nobis, Turicum Imperatorem nostrum, cùm attente audiisset mercatorem quendam explicantem Lutheranam & Cinglianam sententiam, tandem pronunciasse, sibi Cinglianam magis probari. Eadem ratione, sibi quidam Sacramentarios rum mirè placent, quod Auerroys, qui alias Abolis Benroist vocatus, Philosophus Cordubensis, circa annum Christi 1149. ex Sarazeno factus Christianus, ob tam tantum causam à Religione Christiana ad suum Mahometisnum reuersus est, quod Christiani Deum suum, quem colunt, deuorarent. Sed haec prolixius commemorandi aliam occasionem intentus expectabo. Vos autem, qui nobiscum sentitis, maximopere admonitos oratosq; esse volumus, vt in hac concepta opinione firmiter persistatis, & Sacramentariam Religionem

Vide D. D. Kemniſtium in libro de fundamento Cœnæ in fine.

ligionem, literis, libellis, picturis, ita ut coepistis, prop
pagetis: aut ferro & armis, more Mahometico, propon
gnetis. Hoc studium religionis vestrae, & hanc anis
morum vestrorum alacritatem, nostri Reges & Princ
cipes compensare, & vicissim de vobis benemerent
annitentur.

Finita hac oratione Legati Persici & Saracenici: Ca
codemon in medium profiliat, faciem mentitus Arch
angeli. Is pro confirmanda opinione Sacramentaria, in
hunc modum verba fecit.

ORATIO DI BOLI.

Dan. 7.
Apoc. 12. 20.

Genes. 3.

Matth. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

Dvas aiunt fuisse tantum religiones, tam
inde a condito mundo: quarum alteram,
antiquus ille dierum cum filio & Spiritu
sancto constituit, alteram serpens antis
quus excogitauit. Ambas autem sic aduersari sibi ins
uicem dicunt, ut quantum a Diabolo Deus, tantum
mea religio, a divina illa mente discrepet atq; discor
det. Nam, ut primum antiquus ille dierum legem tu
lit, & homini dixit: De hac arbore non comedes: ibi
serpens antiquus aduersam religionem protulit, ac di
xit: De hac arbore omnino comedes. Eadem ratione,
cum filius antiqui dierum testamentum conderet, &
Christianis diceret: Accipite, comedite, Hoc est cor
pus meum: ibi serpens antiquus processit, & per Si
monem Magum, omnesq; posteros illius, ad Lam
bertum Danaum usq;, diuersam sententiam propo
nuit.

Controversie de S. Cœna Domini. 185

Suit, ac dixit: Nolite credere. Nam hoc non est corpus Christi, neq; antiquus ille dierum, neq; filius Christus, si omnes suæ potentiaæ neruos intendat, hoc efficeret, vt corpus & sanguis, in Cœna adesse possint. Hæc Lutheranorum & Vbiquitariorum de verbis est sententia. Sed falluntur miseri. Nostra enim sententia de carne & sanguine Christi absentibus à pane & vino Sacramenti, a Christi ipsius, & antiqui illius dierum sententia, minime discordat. Quare consensum vestrum maximopere laudo & approbo: quod in hac a me recte inuenta, & nuper per me Carolstadii & Cinglio in somnis instillata, atq; ab ipsis resuscitata salutari doctrina, tam constantes atq; æquani mes permanetis. Hortor autem vos, vt in hac professione, porrò etiam synceris atq; constantibus animis perduretis, & tam vos Carolstadiani vestrum dogma Nestorianum, quam vos Romanæ Ecclesiæ Legati Canonem Missæ, posthac integrum, sartum tectum, que retineatis. Nam in hoc cardine salus & incolmis regni mei versatur. Ad me quod attinet, omnibus ego ingenij viribus, & tota animi contentionе in id elaborabo, vt beneficio huius Sacramentariæ religiosis, meus perduellis, Nazarenus ille crucifixus, versus, sibi meti ipsi prædictissime experietur, quando vaticinatus est, filium hominis sub aduentu suo nullam esse reperturum in terris fidem.

Sicut enim abominationem illam magnam, de Dan. 9.
qua Daniel, Nazarenus & Paulus, eius discipulus, 2. Thess. 2.
præfigierunt, non sine laude & magno fructu com pleuerunt et hoc negocium Sacramentarium mihi perageendum sumpsi. Et quemadmodum nunc olim, excitato

Aa Arrio,

Arrio, Vbiuitatem & omnipotentiam Christi oppugnauit, & Mahometis ope atq; armis (nam Arrius iste Mahometis fuit præcursor & antesignanus) rem circiter annua Nazarení sexcentesimum, eò perduxi, vt filius Mariae in vniuerso Orientis orbe, à Saracenis Deus abnegetur: in Occidente vero à Monachis & Pontificibus non agnoscatur summus Pontifex, mediator inter Deum & homines: ita & hilice etiam nouissimis temporibus, opera Carolstadianorum Christi personam, Lutheranam & Brentianam Vbiuitatem, & ope Pseudocatholicorum Christi meritum, & auxilio Iesuitarum vtrumq; extenuabo, oppugnabo, annihilabo. Nec iam est, vt aduentum suum moretur Christus. Nam verum se fuisse vatem iam nunc experietur, quando ferè nusquam locorum villa est fides. Cæterum vos Carolstadianos & Iesuitas ego nunc hortor & moneo, vt vosmet pro Christianis, & quidem optimis omnium geratis. Satis enim est, animo impietatem tegere, & ore pietatem simulare: satis mihi, quod vestra corda explorata habeo, etiam si vos aliud loquamini, quam reverentitis. Hoc tamen silentio haudquaquam prætereundum arbitror (quod tamen bona vestra venia dictum volo) me nondum eò impudentiae prolapsum esse, vt scribere ausim, Confessionem Augustinam, quam vocant, ab initio statim Cinglianæ religionis sociam fuisse. Crassum hoc est, filij mei, Ambrosij Vuolffij mendacium, quod multos à cultu religionis nostræ deterret. Nam procul dubio multi ad nostras partes accederent, nisi tam foeda & putida mendacia manibus palparent, Dicunt enim Lutherani de nobis, si memini

Controuers. de S. Cœna Domini. 187

mentiri idem esset, quod peregrinas callere linguis,
Cingiani omniam optimi interpretes futuri essent.
Quare vos iterum atq; iterum monitos volo, ut par-
tius, aut saltem aliquanto cautius posthac mentiamis-
ti, & Augustanam Confessionem missam faciatis,
tamq; doctrinam apprehendatis, quæ à Simone Ma-
go, & posteris illius in hunc usq; diem propagata est.
Quid enim hoc sit rei, quod quidam ex vobis amici-
tiam fraternalm Lutherorum tantoper expetunt?
Quid ad nos, etiamsi Lutherani consensum nostros-
rum Orthodoxum literis & linguis condemnant.
Nam senex iste septuagenarius, quem hic astantem
videtis, & qui fraternitatem istam tanto verborum
lenocinio suadet, virgines constuprare, & immaturis
puellis vitium offerre melius nouit, quam de rebus
Theologicis dissertare. Quid? An vos amicitiam illo-
rum experitis, qui testamentum Christi pro vero
agnoscunt? An credendum iudicatis homini, dicenti:
**HOC EST CORPVS MEVVM: HIC EST SANGVIS
MEVS:** Cauete obsecro ab ista colluie credulorum
& simplicium hominum. Si enim altera vita vtrosque
vestrum dissociabit, cur haec vita vos coniungat? Ego
certe hoc affirmare possum: Si Lutherani vobiscum
conuersentur, multos fore, qui etiamsi nunc saucijs,
& cauterio notatis conscientijs, vestram opinionem
sectantur: consuetudine tamen & consortio illorum
seducti, à nostra religione discedant, Cinglianismum
deserant, doctrinam Sacramentariam opprimant, fo-
res Turcæ apertas iterū claudant, homini Christo im-
potenti nimis tribuant, vires regni mei imminuant,
vaticinium illud, de quo dixi, præpediant. Quæ om-

nia ne siant, operam date sedulam. Quantum ad me
ego vicissim de vobis bene mereri studebo, et diligen-
tiam hanc vestram sempiternis præmij, in regno meo
propediem cumulatissime compensabo.

CVM Lucifer orationem suam finijisset: Preses iterum
surrexit, & in hanc sententiam verba fecit.

ORATIO PRÆ- SIDIS.



Diuti auxilio, & ope Dei Optimi Maximi,
pro cuius gloria hos conuentus egimus, eō
rem cœptam deduximus: vt iam nihil sit res
liquum, nisi vt huic negocio Colophonem
addamus, & consensum hunc nostrum, de absentia
veri corporis Christi a sacrae Cœnæ symbolis, vel trans-
dem concludamus. Nam per Dei gratiam, ita inter
nos conuenimus: vt neminem ex hoc amplissimo cœ-
tu esse credam, qui non manibus & pedibus, in ean-
dem nobiscum sententiam concedat. Soli adhuc ex
omnibus restant Lutherani Hæretici, qui haud dubie
nobis noua facessent negotia. Veruntamen, si rem ipsam
penitus perspiciamus, planeq; cognoscamus, non
videtur opus fore, vt multum temporis & operæ, in ille
lorum nænijs percipiendis, insumamus. Nam de hoc
nulli est dubium, quin veteri quadam dicendi consues-
tudine, ad suū illud redeant: OS DOMINI LOCUTVM
EST: HÆC DICIT DOMINVS: HOC EST CORPVS
MEVM. Adeo enim pertinaces sunt, isti Vbi quædā
gntodivinitat, vt prius vitam amittant, quam à litteris
sententias.

sententia verborum Christi, vel latum vnguem re-
 cedant. Itaque opera inanis est, quæ in illis audiens
 dis impeditur: cum iniuncta sit, & inexpugnabilis hec
 pertinacia, quæ Dei verbo nititur. Deinde victi sunt
 Lutherani numero, iunctisq; vmbone phalangibus.
 Nam Romanenses, & Iudei, & Ethnici, & Patres Ec-
 clesia, & Mahometistæ, & Lucifer ipse tam bellè at-
 que egregie inter se consentiunt: ut si maxim' Luthe-
 rani dissimilem, & nostro consensu Orthodoxo pla-
 ne aduersam doctrinam afferant, nihil tamen obtine-
 ant: cum multitudo idem sentientium longè præpol-
 leat. Nam quantum ad nos attinet: nunquam illi nos
 in suam pertrahent sententiam: & prius cœlum terræ
 miscebatur, quam nos isthanc mammosam Dianam
 amplectamur. Cum enim à consuetudine corporum
 naturalium recedamus nos, qui certi sumus, Christi
 corpus esse verum & naturale corpus: cur demon-
 strationes, rationi humanæ consentaneas, non mordis-
 cuscetineamus? cur istam nouam in Ecclesia mereo-
 triculam verba nobis dare patiamur? Adhac, noua
 ista opinione, quam illi ex doctrina, nescio quorum
 Patrum luxerunt, prorsus nihil indigemus. Quid
 enim ad nos illa, quæ complures Lutherani Vbiuita-
 ri, praesertim duo isti Doctores, Chemnitius & Mar-
 bachius, ex Patrum scriptis male intelligendo colle-
 gerunt: & quæ ipsi libris influcem editis, passim hacte-
 nus promulgârunt? Quod si etiam inauditos Vbiqui-
 tarios condemnaremus, & anathemate feriremus: ni-
 hil sane acciderit ipsis noui. Nam etiam antehac Con-
 cilium Tridentinum Vbiuitariorum consubstantia-
 tionem, & Hypostaticę naturarum vniōnis definitio-

Danæus contra
fratres Tubin-
genes fol. 69-

nem atque Ubiquitatem manifeste damnavit, & ine
ruditos Ubiquitarios Pontificij Anathematis fulmine
percussit. His de causis nullam ego pro Lutheranis
Hæreticis & Augustanæ Confessionis sectatoribus,
in hoc quidem Concilio, facerem audientiam. Verum
tamen cum cogito mecum, quam male apud summos
& imos ordines audiant Patres Tridentinæ Synodi,
quod disputationes cum Lutheranis conferre recula-
runt: & cum cogito, quam parum illi suam causam
hac ratione promouerint: idcirco statuo illos esse au-
diendos, & aliquantulum temporis eis non denegandos:
ne vulgus hominum, quod opinionibus ducisso-
let, hinc occasionem rapiat approbandi Ubiquitario-
rum opinionem, & nos deserendi. Intelligitis, ni fal-
lor, vos præfracti Ubiquitarij Hæretici: quibus de cau-
sis Patres huius Concilij vos inauditos possent, si vel-
lent, condemnare: Sed dum potius considerant, quid
se deceat, quam qua poena vestram pertinaciam mul-
tent, ideo luce crastina vestram sententiam proponas-
tis: hac tamen lege, ut omnino breuitati studeatis, &
rerum summas tantum attingatis. Ideoq[ue] parati estote, et
respondete nobis, an istuc consensum approbare, an
vero in vestra opinione pertinaciter velitis insisteret.

Hæ Oratione habita & audita, Concilio fuit dimissus
& singuli in sua abierunt hospitia: Lutherani autem
totam noctem precibus & supplicationibus insomnem
tribuerunt. Nam Iesum Christum, in cuius nomine, con-
trahorem Sacramentariorum genua sua flectebant, &
capita demudabant, assidue precibus inuocarunt: ut is
constantiam eis largiri vollet, & suam in ipsis fidem au-
gere. Cum autem tempus instum perorandi illis esset
denegat,

denegatum, & intra angustos cancellos redacti Lutherani: idecirco partes dicendi commiserunt quibusdam optimatibus, ut pro se apud Patres Concilij huius breviter dicerent. Orto die omnes in Curiam & locum Confessorum se contulerunt. Primus ibi in medium processit Gabriel Archangelus: qui pro sacro sancta & indivisa Trinitate verba in hunc modum fecit.

ORATIO GABRIELIS ARCHANGELI.

Deuſ ille vnuſ & Trinus, veruſ, ſempiternuſ, Deut. 6.
omnipotens, conditor coeli & terraे, & omniſ
um, quæ in ihs vivunt & mouentur: sanctuſ
ille, sanctuſ, sanctuſ, inquam, exercituſ
Deuſ Deorum, Dominuſ Dominantiuſ, Rex Rez
gum, fortis & terribiliſ, Deuſ zelotes: viſitans iniquiſ
tates Patrum in tertiam uſque & quartam generatioz
nem: ob cuiuſ vocem coeli & terraे intremiſcunt: cui
nulla reſ creatuа, præter ſolas Diabolicas, contradicit:
cuiuſ verbuа manet in aeternu, pereunte coelo, pe
reunte terra. Deuſ ille, inquam, Pater Filiuſ & Spi
rituſ sanctuſ, me huic ad vos consentientes Orthodo
xos demiſit, mihiq[ue] imperauit, ut ſuo nomine quæ
dam in hoc coetu proferam, & ſeueriter vos de rebus
maximiſ commone faciam. Primum igitur Dei Pa
tri nomine haec iuſſuſ ſum dicere: quod ipſe inueniſ
gabili conſilio, mera clementia & misericordia, nullo
cuiuſquam merito, adductuſ, Prophetam in hunc
muniſ

Exod. 34.
Genes. 22, 17, 35-37
2, 3, 33, 46.
Exod. 15, 20.
Eſa. 6, 40.
Deut. 10, 7.
1, Paral. 18.

192 Acta Concil. Nationalis super

Exod. 16.

Deut. 15.

Autor. 7.

Matth. 3. 17.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

mundum miserit : cuius in ore verbum suum posuit , addita hac horrenda comminatione : quod grauerter vlturus sit eum , qui hunc Prophetam audire noluerit . Cumque diuina & vera Maiestas suis promissis stetisset : & imaginem suam , nempe filium suum , in has terras misisset , quod non in angulo , sed in ripa lordanis , ad quam ex omnibus locis infinita hominum multitudo confluebat , hunc promissum Prophetam manifestarit , & de cœlo locutus sit , dicendo : Hic est filius meus dilectus , in quo mihi bene complacitum est , hunc audite . Filius igitur diuinæ Maiestatis verbum , in ore suo à patre impositum , cum in omnibus Concionibus , tum vero in primis in suo Testamento , quod ad salutem generis humani instituit , dixerit & perspicuè elocutus est : cum diceret : Accipite & manducate , hoc est corpus meum : Accipite & bibite , hic est sanguis meus . Atque haec verba Pater coelestis pro suis verbis agnoscit : quæ ipse filio suo mandarit , ut sic proficeret . Hinc crebræ illæ voices natæ : quibus Dei Filius inter concionandum vtitur : Mea doctrina non est mea : sed eius , qui misit me : Et qui misit me , verax est : & ego quæ audiui ab eo , haec loquor in mundo . Item , quicquid Pater præcepit mihi , id locutus sum : & de meo nihil locutus sum . Quapropter diuina & sempererna Maiestas hoc filij sui Testamentum ratum affirmum habet : & in eo sensu accipi & intelligi vult , quem verba ipsa tam perspicua atque dilucida requirunt . Cæterum eadem haec Dei maiestas , & infinita sapientia , vos ne quaquam vult celare : quod ipsa , veluti mentium humanarum perspectrix , et que omnia noluit , antequam fiant , etiam hoc prouidet , quod homini

num impiorum consiliat tendant. Neque enim hoc solum est propositum vestrum, ut hoc Orthodoxo consensu vos Dipnosophistæ Testamentum Filij Dei evertatis; sed ut etiam diuinam maiestatem mendacij coarguantis. Quid enim hæc verba sibi volunt, cum ha dicitis? Si corporalis præsentia citra vnum loci situm, vera est in Cœna, tum Deus est mendax, quia vult contradictria: Quin imo hoc etiam Deus in vobis prospicit, quod vos cupiatis omnipotentiam illius annihilare. Quorsum enim istæ cogitationes? Querimur vos dicere, corpus Christi esse in multis locis, quodq[ue] Dei potentiam obijciatis, cum hoc ex illarum fierum genere, AD QVAS DEI POTENTIA SE NON EXTENDIT: nempe, ut multis locis eodem tempore corpus humanum salua natura sua diffundat. Et alibi affirmat NVLLA vi id fieri posse. Nouit quippe Deus, quam longe & late se extendat suadextra, & quod vos illam studeatis decurtare, ac more Anthros pomorphitarum & Mahometicolarum, certo loco circumscribere. Hos vestros cuniculos, & hasce machinationes occultas, viri simplices a prima fronte non animaduertunt: sed sola Dei omniscientia facile perspicit, quid vos in animis vestris subdole occultetis. Fuerunt sane omnibus temporibus multæ hæreses, quæ Maiestatem diuinam aut abnegarunt, aut contumelij affecerunt: sed nulla earum tamen adeò fuit profligata, ut mendacem & impotentem faceret Deum, & Dei dexteram locum esse certum tam impudenter affirmaret. Etsi autem tetra ista, & abominanda peccatorum vestrorum species, omnium hominum flagitia superat: & Optimus Maximus Deus æ-

Beza Apolog. 3.
fol. 22, & 35.

Petrus Martyr contra Stephan. Gardinerum Vintoniensem. Episcop. obiectione vnde. Nicol. Sauderus lib. 7. de visibil. Monarch. Eccles. fol. 661.

quo iure, vos posset semper in hoc & futuro seculo, poenitentia afficere: tamen is, pro singulari sua bonitate & clementia, vobis adhuc parcit, vosque iterum atque iterum commonefacit, ut filium audiatis, & omnipotens tentiam diuinam in dubium ne vocetis, ne ue dexteram Dei immensam metiamini, sed ut vos conuertatis, & offendicula vitetis, & vlt tandem tot animas in errorem abducere desistatis. Hoc si feceritis, bene & vobis & alijs consuletis: sin minus, hoc meo docti insidio & præfigio, scitote, breui fore, vt nulla cum vobis luptate experiamini, vtrum Deus Prophetæ suo Christo verbum suum in ore posuerit, & vtrum verax sit, an secus: quid item omnipotens illius maiestas possit, & quo usque se se extenda. Quæ res cum vobis sit, tura magno incommodo, & semper detimento agite boni Dipnosophiste, diligenter apud animos vestros perpendite, quid haec verba sibi velint, cum Deus inquit: Qui eum non audierit, hunc vlciscar. Sed enim ipse Filius Dei, verus Emanuel, admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, cuius imperij non est finis, super quo requiescit spiritus sapientiae, & intellectus, & consilij, & fortitudinis, & scientiae, & pietatis: is, inquam, Filius Dei, perinde ut & Pastor, me ad vos Orthodoxos syncretizontas mittit, atque haec vobis mandata referre iubet: Mirari se, quid vobis, præsertim Catholicis, & Carolstadianis, in mente venerit: ut Testamentum Christi, quod ille tanto desiderio & tam bene deliberata re, non inter pocula (vbi hodie plerunque de illo disputari solet) sed in Cœna nouissima verbis paucis & perspicuis diserte instruit, & iam ad dexteram Dei considerans ipsam veritatem restauit.

Esa. 7. 9. II.
Matth. 2.

Luc. 22.

1. Cor. II.

restaurauit: ut, inquam, hoc Testamentum tam præfras-
 tæ & temeræ in quæstionem vocetis, & aliter, atque
 ille sentiens dixit, vos interpretari audeatis. Quæ enim
 hac per Deum immortalem est audacia: quæ teme-
 ritas: quod editis de hac quæstione librís, tam contu-
 meliose & offendiculose loqui, & scribere de Christo
 non dubitatis: Et si enim diuina Christi maiestas volu-
 issit verbis picturatis vti, & fucum hominibus facere,
 (quod certe noluit: cum nullus in ore eius sit repertus Esa. 53.
1. Petr. 2.
 dolus) tamen hoc eum fuisse facturū in Testamento,
 & ultimæ suæ voluntatis declaratione, non est verisim-
 ile. Nam hæc obscure loquendi ratio in Testamen-
 tis, a viris bonis aliena est. Quæ enim ista leuitas, ver-
 bis obscuris & perplexis ita loqui in Testamento, vt
 inter hæredes iurgia & dissidia existant? Certum est fu-
 isse multos ardeliones, qui in extremo vitæ fine, verbis
 & factis sese turpissimos dederunt. Sed de nullo ta-
 men historiæ prodiderunt, qui hæredes suos Testa-
 mento perplexo ludificare, & lites post mortem suam
 seminarè voluerit. Quæ igitur impudentia, quod vos
 Cingiani & Sacramentarij hanc inauditam, et nouam
 testandi rationem, Deo Opt. Maximo audetis impin-
 gete: & de æterna Dei sapientia deterius soletis pro-
 nunciare, quām de pessimis nebulonibus, qui inter
 homines possunt existere? Quid enim? An non clas-
 rasunt & perspicua hæc: Accipite & comedite: Hoc
 est corpus meum: Accipite & bibite: Hic est sanguis
 meus? Et quæ nam caro hæc? Aut, qui nam sanguis
 hic? Vtrum caro & sanguis agni Paschalis in Testa-
 mento veteri? vtrum typus carnis & sanguinis Chris-
 ti? Minime gentium. Nam hæc caro, & hic sanguis

Testamentum est : Hæc caro in cruce pependit: hic sans
guis pro peccatis totius mundi effusus est. Neque ve
ro Christum hoc mouet , quod vos Syncretizantes,
verba tam perspicua,tam dilucida,tam aperta cerebris
vestris vertiginosis neque vultis neque potestis com
prehendere. Si enim audetis Deum Patrem arguere
mendacij, quasi is sibi contradicat: quid quo in filio
Dei & Mariae , in unam personam nullo modo sepa
rabilem assumpto, non audebitis attentare? Si Dei Pa
tris omnipotentiam cogitatis redigere in ordinem: qui
non etiam omnipotentiam Filij Dei & filij Mariae op
pugnetis? Si dexteram Dei loco astringitis, quomo
do credatis, Christum hominem super omnes celos
esse euctum? Nam quae sunt istæ mentium vestra
rum cogitationes? quae peruersæ opiniones de Maie
state Christi? Christus (dicitis) a nostris corporibus
tam remotus est, quam cœli sunt à terra. Item: Di
uinum aliquid non est datum humanæ naturæ. Et:
Humanæ naturæ dicere aliquid datum à Christo, est
merus ac manifestus Nestorianismus. Et: Humanam
naturam dicere, aliter considerari posse, quam in ab
stracto, crassissima est ignorantia. Præterea: Christum
hominem esse immediate in cœlis cœlorum, & glorio
am ac Maiestatem diuinam habere, dico falsam, blas
phemam, impianam, & omnibus modis execrandam vo
cem. Item: Non adoro hominem cum Deo, nec hu
manitatem in Deitate, sed adoro λόγον carnī vnitum.
Caro Christi etiam in ipso λόγῳ non est adorabilis. Ca
ro Christi non tam longè lateque præsens est, quam
ipsius imperium patet, quia gloriōsius est cuiusdam
procul omnibus imperare, quam si præsentia ipsa im
perata.

Bеза Apolog. 3.
fol. 12.

Idem fol. 17.

Fol. 24.

Fol. 29.

Fol. 46.

perantis requiratur. Hinc illæ lachrimæ : o terq; qua-
terq; miseri consentientes . Certe hæ cogitationes ve-
stre tam peruersæ, odium irreconciliabile inter vos
& Deum excitant, & vos à Deo opifice & Seruatore
vestro longissimè auertunt. Sed nihilominus tamen
firma & perpetua sunt, quæ Christus homo de sua
Majestate loquitur, cum inquit: Data est mihi omnis
potestas (omnipotentia) in cœlo & in terra (omni-
præsentia) Omnia sunt mihi tradita à patre : Amodo
videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli,
CVM VIRTUTE MVLTA, ET MAIESTATE: &
mittet angelos suos. Vbi duo aut tres congregati in no-
mine meo: ero in medio eorū. Ero vobiscū usq; ad con-
summationem seculi. Filius HOMINIS habet potestatē
in terra dimitendi peccata . Pater filio dedit potesta-
tem facere iudicium, quia filius hominis est. Glorifica
me Pater apud temetipsum claritate , quam habui,
priusquam mundus fieret apud te . Hos igitur sermo-
nes tam manifestos, & perspicuos de Majestate filij
hominis, vos Sacramentarij consentientes relinquere
intaminatos atq; incorruptos : neq; præsentiam Chri-
sti corporis, vel in Cœna, vel apud fideles & pios ho-
mines, tam friuole abnegate . Memineritis potius sa-
luberrimæ admonitionis, quam Deus ex ore Davidis
Prophetæ sui facit, & quam unus è vestro grege mala
conscientia, in testimonium aduersus se suosq; , hisce
versibus expressit.

Gentium furor unde tantus hic est?

Psalm. 2.

Sic frustra populos tumultuari?

Sic Reges properare concitatos?

Sic una inq; Deum, inq; præpotentis

Bb 3

Regis

Regis à Domino caput perunctum
 Facta hac impia Principes mouere?
 Horum, nunc age, nunc iuuabit (aiunt)
 Diruptis semel euolare vincis,
 Et curuo inga mox fugare collo.
 Sic illi: At Deus, ex poli supremo
 Ridens vertice, spectat hos furores:
 Haqu terribiles ferocientum
 Minas omnibus excipit cachinnis:
 Donec horribili furore referuens,
 Ipos præcipiti furore fractos,
 Voce terreat, intonans tremenda.
 At hunc, inquiet, in Sione regem
 Designauimus: hunc placet sacrae
 Nobis imperium tenere montis.
 Tunc ego intrepidus Dei perenne
 Edictum memorabo: namque, nobis
 Hec vero pater est locutus ore:
 Tu meri filius (inquit) hac beata
 Luce te genui. Ecquid est, quod optas?
 Posce tu modo. Nam tibi uniuersas
 Concessum simul undiquaque gentes,
 Et laxi spacia obtainere mundi.
 Ense pro tibi ferreo licebit,
 Mentes conterere omnium rebellis:
 Idqu tam facile ac labore nullo,
 Quam potest sigulus rotata vasa
 Leni frangere, cum libebit, ita.
 Ergo deposito furore tandem
 Nunc Reges sapite, oro: Principes qu
 Qui vasti imperium tenetis orbis,
 Nunc Deum veriti colatis ultrò:
 Et vestro pariter Deo exhibete,

Controuers. de S. Cœna Domini. 171

Mixtos laticia & tremore, cultus.

Nunc amplexibus obuijs receptum

Ipsius quoq; filium fouete:

Irām ne semel eius affereis.

Quia postquam semel arserit, necesse est

Vos mox funditus interire totos.

At contrā omnibus ô modis beatos

Illi, qui Domino Deoq; fidunt.

Et hæc sunt, quæ nomine Dei Patris, & Dei filij iussus sum dicere. Nunc ea etiam addam, quæ Deus Spiritus sanctus per me vobis cupit innotescere. Neque enim minus ille vobis irascitur, quam Deus pater & Deus filius, quod in verbis testamenti Christi explicandis, à nativo & proprio sensu ad tropicum & alienum receditis. Cum enim Spiritus sanctus sit æternus, immutabilis, & verax Deus, aut ipsa potius veritas: idcirco iuxta promissiones filij Dei, ipse suos Euangelistas & Apostolos in omnem veritatem per Ioan. 14. duxit, in eaq; conseruauit. Quare à scopo veritatis neque linguis, neq; literis illi unquam aberrarunt, sed decretis, quæ in arcano Dei consilio fuerunt facta, sese per omnia conformes præstiterunt. Eosdem diuinis locis sciuncti Euangelistæ & Apostoli, cum versus in India, alter in Ægypto, tertius in Italia consisteret, ubi sententias inter se conferre non poterant, nihilominus uno eodemq; ore de Christi testamento perspicue & dilucide sint locuti. Neq; enim quisquam Euangelistarum (quæ res plena est miraculi) aliter de testamento Christi dixit aut scripsit, quam ipse testator locutus est, & S. S. postea dictauit. In qua nam igitur schola didicistis: vel, in quod colloquiū

qui cum Deo venisti, viri Sacramentarij, ut mo-
lius sciatis de Christi testamento loqui, quām filius
Dei, qui est in sinu aeterni patris, aut Spiritus sanctus,
qui a Patre & filio aeternum procedit. An non putatis
Spiritum sanctum potuisse vel unum e quatuor Evan-
gelistis, aut unum saltem e duodecim Apostolis ex-
citare, qui verba testamenti sic interpretaretur, ut pos-
teri Simonis Magi interpretati sunt, siquidem vera
esset isthac sententia, quam vos Sacramentarij, alias
tam e vestris cerebris, testamento filij Dei affingitis?
An hoc non est Spiritum veritatis in ludum literariorum
dducere? aut quis non intelligit, quod vos Sacra-
mentarij vosmet extollatis supra omne id, quod
est, & dicitur Deus? An vos maiori possetis Deum afa-
ficere contumelia, quām hac ipsa, quod Spiritum Dei
vultis docere, a quo debebatis discere? Quamobrem
Euangelistarum iste consensus perinde vobis indicio
atque indubio argumento sit, quod Spiritus sanctus ille
lorum animos ita gubernauerit, ut verba testamenti
aliter quām secundum literam accipi non possint: si-
cut vicissim dissensiones huius testamenti, certo sunt
& palpabili argumento, quod Spiritus Dei animos
illorum nunquam mouerit. An non enim varijs modis
in interpretatione verborum Christi, vos Diphno-
sophistae luditis? an non varietas declarationis testa-
tur, eam non ex verbis testamenti allatam, sed alitunde
sumptam esse? Carolstadius ludit in Pronomine τέτοιο
idque δεκτικός: ad personam filij Dei refert astantis:
quasi ipse per ταχέν θεού, aliud agendo, & seipsum
digito monstrando, hæc verba dixisset. Cinglius ludit
in verbo οὕτη, idque non νπαγτικός intelligit, sed pro se
gloriatur.

Carolstadius.

Cinglius.

gnificat μετωρυκτικός. Oecolampadius occupatus est in Oecolampadius.
 enarratione vocabuli CORPVS, idq; intelligit τύπον
 seu figuratum corpus. Caluinus nugatur de efficacia,
 & vigore corporis absentis ad salutem, quod vocat
 τύπον corpus, hoc est, quod non ore, sed contempla-
 tione fidei percipi possit. Valentinus Crotoaldus nar- Crotoaldus.
 rat propositionem istam: Hoc est corpus meum, ita
 ordinandam, corpus meum est hoc, videlicet panis
 (nam hunc demonstrat) & cibus, sed panis & cibus
 spiritualis & viuus, qui de coelo descēdit, sicut Ioan. 6.
 dicitur. Langus, verē discipulus Crotoaldi, hanc op̄is
 nionem approbans, causam reddit, quia in Græca lin-
 gua articulus efficit, ut ea vox, cui is adiectus sit, subs-
 iecti, & altera prædicati locū obtineat: Articulū vero
 rō adiectū esse corporis nomini. Ioannes à Lasco, per Polonus à Lasco.
 Hoc intelligit actionem Cœnæ Domini. Suenckfel- Suenckfeldius.
 dius ordinem verborum Testamenti Christi inuer-
 tit, ad hunc modum: Corpus meum est HOC, videli-
 cet, panis seu cibus spiritualis. Alij aliter accipiunt: sis-
 cut ipsi etiam consentientes suprà haud dissimulā-
 tunt. Quæ aut̄ hæc opinio[n]ū est sentīta: quæ multi-
 ceps lerna: quæ monstrosa sententiarum Empusa:
 Quid enim: an vos Sacramentarij statuitis, immuta-
 bilem Dei Maiestatem non posse quatuor verba per
 homines, a se illustratos, aperte, & vñanimi ore pro-
 loqui? Certe, nisi aduersarius ille Spiritus sancti, ma-
 lus & inconstans Spiritus, hominum animos obsedi-
 set, & penitus excæcasset, velex his saltē glossemas-
 tis, tam diuersis & varijs, & ex his corruptelis verbo-
 rum Christi, iamdudum debuissent homines animad-
 uertere, qui nam anguis in herba lateat. Nam Spir-
 itum

Ioannes Langus
in Annotatione in
Apol. Iustini
Martyris.

tum Dei ab his præposterioris, & peruersis opinionibus
 quām longissimē abesse, vel cæcus videat. Quare ma-
 ior habēda erat fides Deo Patri, qui verbum suum po-
 suit in ore filij, & filio ipsi, qui illud verbum dilucide
 enarravit, & Spiritui sancto, qui Euangelistas in om-
 nem veritatem perduxit: maior, inquam, habenda erat
 fides, quām istis impostoribus, qui verborum præfici-
 g̃js alios non modo in errores, sed etiam in vita sem-
 piternæ discriminē adducunt. Quapropter in vosmet
 ipsos viri Cacodoxi descendite, & Deo ac veritati coe-
 lestium oraculorum honorem exhibete, atq; ad Ecclesię
 siam Christi, à qua recessistis, reuertimini. Si autem
 hoc consilium meum temerē respuitis, & Deum ho-
 stem quām patrem habere mauultis, & omnino cum
 Diabolis condemnari cupitis, quæso obtestorq; vos,
 nolite tanto sanguine vestras onerare conscientias.
 Nam Omnipotentis Dei Maiestas sanguinem illum
 innocentem, quem vos in exitium seducitis, à vobis
 requiret. Eo enim (proh dolor) iam progressa res est,
 ut nesciant miselli homines, quid credendum sit, aut
 quid de omnipotentia illius statuendum, aut ubi Chri-
 stus Seruator hominum quærendus. Hæc vobis De-
 us loquitur, Deus fortis & Zelotes, qui damnat & ne-
 unt conseruantq;.

Vbi finem orandi fecisset Gabriel, processit in medium
 Helias, olim igneo curru in cœlum subiectus. Is suo
 & omnium Prophetarum nomine, in hunc locutus est
 medium.

ORI

ORATIO HELIAE
PROPHETA.

Iehoua, ô Silo, ô Emanuel, ô fili Dauidis,
qu'ami verum illud verbum dixisti, mul-
tos Reges & Prophetas videre & audire
præoptasse, quod Apostoli tui viderunt
& audiuerunt. Si enim nobis, adhuc vita mortali fru-
entibus, istuc contigisset, quam propensam verbis
tuis fidem habuissemus? quam procul ab omni glos-
tarum interpretatione alieni fuissimus: quam prom-
ptis animis testamentum tuum acceptasse thus: quam
deniq; gratis mentibus tuam Maiestatem celebras-
mus? Sed ita tibi placebat, ut nos tum per ænigmata
tantum, & quasi per transennam hæc intueremur.
Veruntamen confitemur vnanimes, in hoc confe-
su, quod testamentum tuum sit verum, & secundum
verba tua simpliciter accipiendum, minimeq; ita itel-
ligendum, ut Sacramentarij, & falsarij huius testa-
menti, interpretantur. Neq; enim hanc animi nostri
sententiam, è Scrutinio Burgensis, neq; è libris Gala-
tini, neq; vllis Cabalistis aut Thalmudistis hausimus
atq; excerptissimus, sed ex verbo Dei, quod nescit falle-
re, arripuimus atq; expressissimus. Ita enim sacræ de te
loquuntur literæ.

Aspexisti me in forma hominis, qui in excelsis 2. Sam. 7.
est Iehoua Deus. 1. Paralip. 17.

Tantum in te est Deus, & non est absq; te Deus Esa. 43.
(præter te non est Deus) ver'e tu es Deus abscondi-
tus, Deus Israël Saluator (Iesus.)

204 Acta Concil. National. super

Psalm. 45.

Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo l^atⁱtiae p^ræ cōⁿ fortibus tuis.

Psalm. 8.

Filium hominis coronasti gloria & honore, & constituisti eum super opera manuum tuarum: Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Omnia subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, omnia subiecta sunt ei, palam est (hoc dici) excepto eo, qui subiecit ei omnia.

Psalm. 97.

Adorate eum omnes Angeli. Exaltate Dominum Deum vestrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Heb. 1.

Psalm. 99.

Dan. 7.

Antiquus dierum dedit filio hominis potestatem, & honorem, & regnum: Et omnes populi, tribus & linguae (exceptis consentientium) ipsi seruent: potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.

Esa. 7.

Matth. 1.

Luc. 1.

Esa. 9.

Ecce virgo concipiet, & vocabitur nomen eius Emanuel.

Parvulus natus est nobis, filius datus est nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, D E V S fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.

Esa. 12.

Requiescat super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiae & intellectus, Spiritus consilij & fortitudo, Spiritus scientiae & pietatis.

Quod si hæc omnia velim verbis exornare: & Prophetarum testimonia, cum verbis Apostolorum conferre: an non putatis, vos Diplosophistæ, eandem fore nostram, quæ illorum est sententia: an non crederetis?

ditis nos maiestatem filij hominis, contra argumenta
vestra luculenter posse defendere? Quām enim per
spicue nos Prophetæ loquamur de omnipotentia filij
Dauidis, seu filij hominis, non ne id ex his, quę iam di-
xi, euidenter appetet? Quām contra malitiosę hanc
Maiestatem filij Dauidis immīnuant omnes Sacra-
mentiperdæ, non ne ex illorum Orationibus & Cas-
eodoxo consensu iamdudum nobis omnibus patuit?
Sed quoniam aperta est, & dilucida nostra Confes-
sio, & quoniam breuitatis omnino est habenda ratio:
idcirco reliquis percensem̄ fami consulto supersede-
bimus. Etsi enim prolixè verba cum illis faciamus,
qui Prophetarū oracula malunt ad Patriarchas, quām
ad Iehouam & Emanuelē nostrum referre, & qui
diuina decreta & sanctitatem, tropis solent peruertere: ta-
men nihil proficimus. Neque enim dubium est, quin
etiam Euangelistæ & Apostoli, quibus tamen, velut
oculatis testibus, merito fuerat omnis adscribenda fis-
des, hisce Sacramentiperdæ, tanquam surdis fabulam
sint narraturi.

Postquam Propheta tac̄issent, venerunt in Concionem
medianam quatuor Euangelistæ: quorum primus senten-
tiam dixit Matthæus, idem Euangelista & Apostolus.
Alter ab illo Petrus Apostolus, profe & Marco Euange-
lista. Tertius Paulus Apostolus, qui suo & Luce Euange-
lista nomine perorabat. Fuit autem tale initium Ora-
tionis Matthæi.

**ORATIO MATTHÆI
EVANGELISTÆ ET APO-
STOLI.**

Ego Matthæus vocatus Apostolus, & in annum usque quartum discipulus veri, omnipotentis Dei, Iesu Christi, pridie eius diei, qua passus & mortuus est Christus, affui & interfui Hierosolymis, illi Cœnæ: in qua Filius us Dei, vnâ cum discipulis suis, agnum paschalem, primum stans, comedit: qui erat typus & imago mortis Christi: postea sedens, solitam Cœnam cum iisdem cœnauit: & postremo, de more Iudaorum, poculum gratiarum actionis circumtulit: de quo dixit, quod nolit porro amplius bibere. In hoc igitur solenni epulo audiui & vidi, quo ritu, & quibus verbis, nouum ille Testamentum constituerit, & ordinauerit. Sumpcio enim pane & vino, in manus suas, & actis gratijs ea distribuit omnibus, qui aderant: & perspicue absque omni inuolucro dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum: Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Hoc facite in mei commemorationem. Quod autem Dominus & Deus meus, Iesus Christus, primum agnum paschalem, deinde consuetam Cœnam sumi plit, & omnium postremo Testamentum suum instituit, ideo factum esse memineritis, vt doceret nos Apostolos Christus, sacram illam Testamenti noui Cœnam longe, longe, inquam, a vulgaribus cibis, & veteris etiam Testamenti figuris distare. Ita enim postulant verba institutionis, tam clara tamque perspicue-

nec non ordo epularum: & quod Filius Dei, nihil unquam falsi prolocutus est. Cum autem scirem, filio hominis datam potestatem in cœlo & in terra, ideo versus istis noui Testamenti simpliciter, utrumquum erat, acquieui. Quid enim opus erat, in verbis tam dilucidis, veluti in scirpo nodum querere: aut cur ego verbum Dei, quod suo fructu nunquam caruit, in dubium deuocarem? Quod si Christus Seruator corpus suum, à Coena remotum, voluisse typum significare, potuisse nobis relinquere agnum paschalem. Nam hic nos de morte Christi multò melius poterat commonefacere, quam istud nouum Testamentum. Coigitate enim apud animos vestros, si paterfamilias vincitum agnū, coram liberis suis iugulet, & iuxta ignem asset, assatumque mensæ inferat, & epulandum porrigit, simul Concionem de morte Christi instituat, quantos illares in animis spectatorum possit commouere affectus: quos motus, quas cogitationes excitare: Sed in novo Testamento longè aliter est comparatum. Ideoq; Christus tam disertè inquit: Ille, ille meus sanguis est, qui est noui Testamenti sanguis. Certissimum autem est, sanguinem noui Testamenti non esse figuram, non umbram, non Symbolum, non typum, non sanguinem taurorum aut hircorum, sed esse proprium sanguinem Filij Dei. Nam ut filius ostenderet, se velle, ut certo, firmiter & serio credamus id, quod in poculo benedictionis in Coena exhibeatur & ore sumatur, esse verum suum sanguinem: primo demonstratiue affirmauit, hic est ille sanguis meus: inde manifestissimam addidit declarationem, est ille meus sanguis, qui est noui Testamenti sanguis. Preterea

Hebr. 8. & 9. & 13.

Aétor. 20.

I. Ioan. 1.

I. Pet. 1.

Zachar. 9.

208 Acta Concil. National. super
rea idem planius repetiuit & confirmauit, vt non dubitaremus, esse maximè seriam affirmationem. Et (inquit) ille meus sanguis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Quis obsecro h̄ic somniet esse typum, aut figuram, aut symbolum, aut quod vinum pro nobis in remissionem peccatorum effundatur? Singulari autem, & planè diuino consilio Iesus Opt. Maximus noui testamenti mentionem facere voluit, vt ex collatione vtriusque melius intelligi possit, quid in Cœna ore sumatur. Evidem vetus Testamentum sanciebatur cum Deo et populo: Cum Deo quidem, immolatione victimæ, & aspersione sanguinis super altare: Cum populo vero, quod idem sanguis, qui Deo immolatus fuerat, in populum spargetur, vt ita fœdus illud uno, & eodem sanguine, & cum Deo confirmaretur, & cum populo sanciretur & obsignaretur. Neque enim aliud fuit, quo fœdus illud veteris Testamenti cum Deo confirmabatur: & aliud deinde, quo fœderis illius applicatio & obsignatio fuit in populo, sed uno & eodem sanguine utrumque factum est. Non dissimili modo in sanctione noui Testamenti Praceptor, Dominus & Deus meus, dixit: se sanguinem suum effundere in remissionem peccatorum, propterea quod ipse fœdus noui Testamenti effusione sui sanguinis sanciat, & confirmet cum Patre. Quia vero fœdus seu Testamentum illud volunt etiam nobiscum, discipulis suis, sancire, nobis illud applicare, nobis obsignare, vt certum haberemus plenus: ideo fecit illam sanctionem, applicationem & obsignationem nobiscum, eodem illo sanguine, quod est noui Testamenti sanguis: cuius effusione Testamen-

mentum illud cum æterno Patre sancitur & confir-
matur. Nam Iesus Christus, Emanuel noster, media-
tor noster, sponsor noui Testamenti, vno & eodem
proprio sua sanguine inter utramque partem fœderas-
torum agit, ut cum utraque parte fœdus illud sancia-
tur, confirmetur & ob-signetur. Et sic vocavit sanguis
noui Testamenti dupli respectu, nempe Dei
& nostri. Respectu Dei, quia per effusionem illum
intulit in sancta sanctorum, ut ita erga Patrem nouum
illud Testamentum, seu fœdus sanciret & confirma-
ret: Respectu nostri dicitur, & est sanguis noui Te-
stamenti, quia illum ipsum sanguinem, quem in san-
cta sanctorum intulit Christus Iesus, ad nos etiam af-
fert, ut eo ipso nouum illud Testamentum, quod cum
Patre sancitum & confirmatum est, nobiscum etiam
sanciatur, confirmetur & ob-signetur. Et sicut Deus in
veteri Testamento modum ob-signationis sua voce
definivit, ut scilicet fieret aspersione: ita magni consilij
Angelus in novo Testamento planè nouum, singula-
rem & peculiarem modum instituit & mandauit, dis-
cens: Bibite ex hoc omnes: hoc enim, quod ex poculo
benedictionis ore vestro sumitis, est ille meus sanguis,
qui est sanguis noui Testamenti.

Quæ igitur hisce oculis vidi, & quæ hisce auribus
audiui, & quæ animo meo veraque fide apprehendi,
& quæ postea in officio meo Ecclesiæ Palæstinæ præ-
dicaui, & quæ auditores mei simpliciter, & citra om-
nem Iudaicam incredulitatem arripuerunt, ea des-
mum in literas & historiam Euangelicam retuli, & ad
sempiternam memoriam posteriorum transmisi. Nam
postquam Christo, iamdudum humanis miserijs ex-
emto,

Joseph lib. Antiq. empto, et super omnes cœlos erecto, magi & latroni
 Iud. lib. 20. cap. 7. in Iudea crudelissimas cædes & latrocinia commis-
 Euseb hist. Eccles. lib. 3. cap. 24. Nices terent, statui ego tum illis locis excedere, & alibi Christi
 phor. lib. 2. hist. Eccl. stum annunciare, sed prius tamen summas habitarum
 elef. cap. 45. Concionum literis Hebraicis comprehendere, ut audi-
 Chrysost. in oper. impert. in Matthæ. tores mei haberent omnium verborum & operum
 Aquinas ex D. Hies ronym. in ca. aur. Christi historiam. Sicut autem auditoribus necesse
 erat, ad confirmationem fidei, Euangelion prædicari,
 Hieronym. in cata- log. vir. illustri. sic & contra Hæreticos scribi perneceisse
 Euseb. lib. 5. cap. 10. erat. Igitur hoc Euangelium meum postea Hierony-
 mus quidam Berrhoeæ in Syria, reperit apud Christias,
 nos Nazaræos: idque descripsit, Pantænus etiam, mis-
 sus a Demetrio Alexandrino in Indiam, quo in loco
 Ditus Bartholomæus docuit, inde secum Alexandri-
 am Ægypti transtulit. Quid? quod etiam in Cypri
 in monumento Barnabæ, eiusdem manu scripta his-
 storia tum fuit reperta? Atqui in his omnibus codicis
 bus institutio sacræ Cœnæ iisdem verbis descripta le-
 gitur. Quod si alia fuisset verborum Testamenti huc
 ius sententia, sanè absque fanaticorum hominum &
 Suuermorum glossa, de illa pios homines comone-
 facere voluisse. Si enim a fermento Pharisaorum
 potui dehortari Christianos: cur non etiam a fermento
 Cinglianorum deterruisse? Falsarius certe esset,
 & Apostata, non Apostolus Christi, si aliter docuiss-
 em aut scripsisse ego, quam Dominus meus esset
 locutus: aut etiam sacrilegus impostor esset, si aliud
 animo sentirem, & aliud ore loquerer, aut manu scri-
 berem. Equidem scriptum meum Ecclesiæ reliqui
 tanquam depositum: quo illa se se tueatur ac muniat ad
 uersus Hæreticos. Itaque in verbis meis etiam nus-
 in illis

inſiſto, neque ab illis latum vnguem recedo, neque
vſum conſortium cum Sacramentis perdīſ illis in cetero
num initurus ſum. Moneo etiam & hortor omnes,
qui cupiunt in Christo manere, & qui glorioſum illis
aduentum ad nouiſſimum iudicium lāti expeſtāt,
viſibi ab iſto doctrinæ ſterquilinio, & his nugis ho-
minum diligenter caueant.

*ORATIO SIMONIS
PETRI PRO SE ET MAR-
CO EVANGELISTA.*

Quid vobisſcum agamus viri Syncretizones
tes: aut quorkum verba apud vos faciamus,
qui certo ſcimus, quod nullam habeatis no-
bis fidem: Quomodo enim nobis credatis
miferis Apostolis & Euangeliftis, qui Maiestatem
ipſius Dei mendacem cupitis facere: Vos ne affenit
remini nobis, qui nos inauditos condemnauit, & do-
ctrinam nostram pro impia habuiftis, uestroque ana-
theme perculiftis: Sed vtū ſit, me certe Christi &
Euangelij nostri coram hac generatione adultera, & Marc. 8.
praua minim'e puderet. Neque hoc primum eſt, quod
ego Simon Petrus ab iniquis & crudelibus Concilijs, Actor. 9.
inauditus condemnor. Nam idem mibi meisque col-
legis etiam antehac obtigit, quod hodierno die mihi
obtingit. Nihilominus tamen, praescius licet euentus
um irritorum, intrepido animo veritatē ſum profes-
sus, & in os inimicorum dixi: oportere plus obediſ-
re Deo, quam hominibus. Notum igitur ſit vobis vni-

uersis, qui h̄ic confedistis, viri Sacramentarij, quod de
etiam vltimæ illi Cœnæ, de qua Matthæus modo ver-
ba fecit, vnâ cum cæteris assedi, & hisce auribus audie-
ui, quibus verbis nouum ille Testamentum institutum
rit. Et quanquam ego inter omnes Apostolos fui max-
imi' animo & lingua præcipiti, & ferè primus, qui
de rebus omnibus non intellectis, & meum captum
excedentibus, quæstiones moui, aut temere reprehendi:
tamen Christo nouum hoc foedus & Testamentum
condenti, absque vlla hæsitatione assensu sum.
Sciebam enim Christum esse sapientem, veracem, &
omnipotentem. Igitur quicquid ex Christo audiui at-
que accepi, hoc non solum Iudeis, sed aduenis & sparsi-

1. Petr. 1.
Euseb lib 3. cap. 1.
hist. Eccles & lib.
2. cap. 14.

Epiphan. hæref. 27.

1. Petr. 5.
Irenæus lib. 3. cap.

1. Euseb. lib. 3. cap.

39.

Euseb. hist. Eccles,

lib 2. cap. 15.

Niceph. histor. Ec-

cles. lib. 2. cap. 15.

Asiam & Bithyniam, postremò etiam Romanis fide-
liter enarraui. Ac licet ipse met nullam conscripsicerim
historiam Euangelicam: tamen meo nomine id fecit
filius meus, & (vt à primitis Christianis appellatur) mes-
us interpres, & filius meus comes, ac seruus Filij Dei
vivi, Marcus Evangelista. Sic enim de illo referunt
veteres & vobis partim noti Scriptores Ecclesiastici.
Cum diuinum illud verbum, (inquiunt) Romam ve-
nissent: confessim Simonis, vnâ cum ipso, potentia
extincta est atque destruta. At contrâ, tantus pietas
splendor, mentibus illorum, qui Petrum audie-
bant, illuxit, vt non suffecerint illis semel auditæ, nec
contenti fuerint, non scripta diuinæ prædicationis do-
ctrina, sed Marcum, cuius Euangelion circumfer-
tur, omnigena obsecratione obtestati sunt, vt com-
mentarios ipsis doctrinæ eius, quam verbo traditam
acepissent, literis comprehensos relinqueret: nec de-

sticē

stiterunt, donec viro persuaserint, atq; ita causam de-
derint Euangelio, quod secundum Marcum nomi-
natur, conscribendo. A iunt autem recte me cū ex
instinctu Spiritus sancti factum hoc cognouisem,
delectatum esse virorum istorum voluntate, & scri-
psum hoc Euangelion Ecclesijs, authoritate mea ad le-
gendum consumasse. Et aliis ait: Me dictasse Marco Nicephor. hist. Eccles. lib. 2 cap. 45.
Euangelion suum, atq; vt id deinceps in Ecclesijs le-
geretur, sanciuisse.

Sed quorsum ista vobis commemoro, quæ scri-
ptores Ecclesiastici de me, meoq; filio, nunc olim sunt
commentati? Eò nimis rūm, vt vos nihil homines in-
telligatis, quid ego de S. Cœna docuerim & statue-
rim: & quomodo Ecclesia Apostolica meam doctri-
nam acceptarit, atq; intellexerit. Quod si alia mihi fu-
isset mens, aliujq; intellectus verborum Testamenti
huius, quod fecit filius Dei viui, quām ego credidi &
docui: cur Marcus filius meus, ijsdem verbis ac totis
dem syllabis, quibus vititur Matthæus, substantiam
huius Cœnæ descripsisset? Gloriamini quidem vos
detestandi Sacramentarij, & subinde iactitatis, nescio
quod fundamentum doctrinæ, & nescio quem Or-
thodoxum consensum. Sed obsecro vos, in quo nam
fundamento, aut quo nam consensu Christi, Aposto-
lorum & Apostolicæ Ecclesiæ, illa omnia consistunt?
Nos certe, quod credidimus, id etiam docuimus, &
verbis expressis atq; apertis, vñanimi ore, & ijsdem lis-
teris, omnia nostra conscripsimus. Manet igitur no-
ster consensus, manet nostrum fundamentum, ma-
net lapis ille angularis Ecclesiæ, qui est Christus. Ve-
stra autem multiplex interpretatio, & depravatio-

verborum Christi interibit. Quod si vel ego, vel alius quispiam Apostolorum, de sententia verborum Christi, in S. Coena, dubitassem: certe in Concilio Ierosolymitanus potius illam quæstionem inter nos agitassemus, quam illam de sanguine & suffocato. Minus enim in hac, quam in illa quæstione situm est: propterea, quod is, qui non dijudicat inter carnem sanguinem Christi, & alios cibos, sibi manducat iudicium. Sed, ut rem in pauca, sicut sussistis, conferam, & finem orationi meæ addam, scitote vos Scoliodoxi consentes, quod neque ego, neque filius meus Marcus ex ilorum simus grege, qui post acceptam Spiritus sancti gratiam, auferunt verbum & omnipotentiam Dei, in controversiam deducere, & Angelum magni consilij in ordinem redigere, causamque ex illo perquirere, cur non hoc, aut alio modo sit locutus. Semel nos secessio nem ab illis fecimus, qui dicunt: Durus est hic sermo,

Ioan. 6. quis potest capere illum? Atque iterum dicimus: Domine, quo ibimus? tu verba vitae æternæ habes. Equidem mea, & filij mei Marci doctrina est hæc: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus: & huic doctrina absentiuntur omnes, qui Simonem Petrum sequuntur.

Ignatius in Epistola ad Smyrneas. At Simonis Magi asseclæ, & primogeniti Diaboli, Ebion & Cerinthus, non confitentur Eucharistiam esse carnem Saluatoris, & ideo vobis consentientibus dicimus: Inuentio illa vestra sit vobis secundum in perditos menti filij Dei. Cor enim vestrum non est rectum coram Domino Deo. Resipiscite igitur ab ista malitia vestra, & rogate Deum, si forte (nam contra conscientiam in Spiritum sanctum peccatis) remittantur vo
b̄s

Theodoreetus Dialog. 3. Polymorph.

A&a. 8.

bis cogitationes cordium vestrorum. In felle enim as
maritudinis, & colligatione iniquitatis vos videmus
esse,

O R A T I O P A V L I
A P O S T O L I , E T L U C E
E V A N G E L I S T A E .


Vanquam ego, singulari reuelatione. & 1.Tim 6.
Spiritus sancti inspiratione excitatus, non 2.Tim. 2:4.
pauca præuidi, atq; prædixi de nouissimis
temporibus, & illorum periculis: quod ni-
mirum, illa ætas aliquando sit affutura, cum homines
sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concu-
piscientias suas coacerabunt sibi Doctores: ij præser-
tim, quibus pruriunt aures, & qui à veritate ad fabu-
las deflectunt, & qui à fide desciscunt; attendentes Spi-
ritibus impostoribus, cauterio notatam habentes con-
scientiam: tamen ex omnibus meis prævisionibus,
hoc non potui apud animum meum coniçere, aut
imaginando consequi, quod Angelus tenebrarum se in
eum lucis Angelum posset transformare, vt dicente
Deo cœlitus: Hic est filius meus dilectus, hunc audi-
te: & filio Dei affirmante: Hoc est corpus meum; &
Apostolis, qui illud audierunt, idipsum docentibus
& scribentibus, & successoribus Apostolorum firma-
fide isthuc credentibus, post Simonem Magum exi-
stent tamen, qui contrarium docendo, dicerent:
Hoc non est corpus tuum, sed tantum corporis tui, in
cœlo à terra absens, externum symbolum sive si-
gnum. Est enim hoc longe certissimum, & extra om-
nem

nem probationis aleam positum, quod filius Dei, iam
super omnes coelos subiectus, & in dextera virtutis
Dei collocatus, hoc suum testamentum verbis ex-
pressis, euidentissime confirmauerit, ac denuo inter-
polauerit. Quomodo igitur Sathanas quenquam ho-
minum ita dementare potuit, ut alium sensum in ver-
bis testamenti, quam genuinum queratur, ut omnipo-
tentiam Dei, & dexteram eiusdem, nec non & Maiest-
atem filij hominis, multis verbis disputeret, ut ignotis,
peregrinis, & atris genijs fidem habeat: sicut fecere
Carolstadius & Cinglius: Ita enim ex ipsorum
verbis & oratione supra percepimus. Meo quidem
tempore, cum aliqui negarent, Eucharistiam esse corru-
pus Domini, & cum Corinthij omnis generis corru-
ptelas, & abusus testamenti huius, in Ecclesias suas
introducerent: statuebam ego potentiam Sathanæ
plurimum inualuisse, & vehementer angebar, ne ipse,
tanquam Deus huius mundi, hoc Ecclesiae Dei
testamentum auferret, atque ex oculis eximeret, aut
certe id corrumperet. Itaque tempora illa iudicabam
valde periculosa esse. At obsecro vos, quid ego nunc
cogitem, aut quid loquar: quando Sacramentum non
modo contumeliosè de hoc testamento loquuntur, &
scriptitant: sed etiam Maiestatem Dei in infinitas ca-
pitiorumque plenas disputationes, ac dubitationes ra-
piunt: O tempora, o mores: Quis non exclamat, fronte
tem de rebus perisse: Certè si nullum fuit tempus, quo
Christi aduentus modis omnibus fuit expetendus, id
nunc appeti: An enim verum non est, o cœci & ca-
to, de multis fidei articulis, animi sui voluntatem pene-
fecula

Controuers. de S. Cœna Domini. 217

fecit; addito seuero præcepto, vt inde voluntatem eius
perdiscamus? At dicite vos mihi vnum articulum,
quem Deus filius toties iisdem verbis, per locupletis-
simos testes, in cœlo & in terra repetuerit: qualis est
ille de S. Cœna Domini articulus? Nam vt omnis ob-
scuritas & ambiguitas tolleretur, & vt omnis erroris
occasio, & materia litis præcideretur, & vt Ecclesia
non tantum verba institutionis, sed simul etiam ge-
nuinum sensum, & germanam interpretationem, ex
ipsius Christi ore acceptam, & ipsius voce traditam
haberet, ipse bis institutionē Cœnæ sua voce tradidit
& repetit. Semel quidem in Cœnaculo Hierosolymis
tano, in ea nocte, qua proditus est. Ibi enim suam il-
lam traditionem à duobus fidelissimis testibus, Mat-
thæo & Marco, vt iam primum audiuistis, consigna-
ti, & quasi in acta publica referri curauit. Iterum vero
eandem institutionem, post ascensionem, ad mea
ipsum sua voce, ad dexteram virtutis Dei sedens, re-
petiuit, & in illa repetitione, quid in verbis illis inter-
pretandum censeret, luculenter declarauit. Quin imò
hanc ipsam repetitionem (dubio procul propter vos
consentientes factam) similiter à duobus testibus, me-
scilicet, & Achate meo Luca, literis & scripto, ad mea
moriam totius posteritatis, in Ecclesia propagari vo-
luit. Quid igitur vos ab illis repetitionibus disceditis,
& aliam interpretationem alibi quæritis? næ vos non
modo ingrati, sed etiam contumeliosi estis in hanc
tam accuratam diligentiam, & paternam solitudi-
nem filij Dei vñici, præceptoris mei, qui solus potest Apocal. 5.
librum clausum aperire, & nobis enarrare.

Quare non iniquo feretis animo, vos Cacodoxi,
Ee quod

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

218 *Acta Concil. National. super*

quod coram vobis liberius loquor, & animi mei sententiam tam aperte profero. Nam magnitudo rei hoc postulat, ut in hoc grauissimo certamine nihil diffidem, quod ad veritatem astruendam pertinet. Est enim diuini iudicij reus, qui corpus Domini non respicit & djudicat. Dico igitur, & absq; omni verborum circuitione dico atq; affirmo, si vos Syncretizantes crederetis posse filium Dei Iesum, vera loqui, Iesu omnem potestatem in cœlo & in terra esse datam, fieri non posse, vt tot obscuris, tot inconcinnis, tot diffidis milibus, atq; inter se pugnantibus glossematis, cuiusmodi sunt Carolstadij, Cinglij, Oecolampadij, Calvini, Crotoaldi, Lasci, Suenckfeldij, Anabaptistarum & similium interpretamenta, toties repetitam Christi declarationem rejiceretis. Hoc qui nequit olfacere & subodorari, infans est, & puer centum annorum morietur. Qui autem isthoc sentiscit atq; intelligit, neque verum Deo honorem habet, neq; ab errore suo discedit, neq; veritatem profitetur, hic maledictus erit, sicut Propheta loquitur. Sed mirum est vos Syncretizantes, contra præceptum, & normam verborum Ecclesiæ Doctorum, ab ea proprietate verborum recessere: quæ neq; in manifestum scripturæ locum, neque in ullum fidei articulum impingit. An non æquus est, intellectum ducere captiuum, in obsequium Christi: an non satius & laudabilius est, verbo Dei ac quiescere, quam tropis illud subuertere? Nam quod dicitis, literalem sententiam verborum testamenti, pragnare cum articulis symboli, de ascensione & sessione Christi ad dexteram patris, nihil dicitis, sed vosmetipos, & alios vobiscum, in fraudem & errorem inducitis.

Neq;

Nec enim Christus institutionem Cœnæ suæ
mihi tum dictauit, cùm adhuc mortale æuum inter
homines degeret: sed cùm iam dexteræ Dei assideret:
& iam super omnes cœlos ascendisset. Si enim ascens
sus iste, & sessio Christi ad dexteram virtutis Dei, ali
quid impedimenti afferat præsentiae eiusdem, in sacra
Cœna, haud dubie Christus id mihi, Doctori gen
tium, in tertio illo cœlo diserte enarrasset. Cur enim
Simoni Mago hanc figuratè docendi, & per typos
rerum absentium loquendi rationem, potius com
monstrasset, qu'ām mihi: si ista docendi loquendiq; ra
tio minus absurdâ est, qu'ām mea? Cur Apostolus Act. 22.
gentium minus loqueretur aperte minusq; perspi
cere, qu'ām Simon Magus? Et quæ obsecro hæc est,
tam diluta Theologia, vel potius Philomorica Phan
tasia, qu'od Sacramentarij dicunt, literali sensu verbo
rum Cœnae destrui vtrumq; articulum fidei, de ascens
su & sessione Christi post ascensum: cùm tamen
Christus post ascensum, iam sedens ad dexteram vir
tutis Dei, ijsdem verbis testamentum suum concepe
rit, mihiq; dictauerit, quibus in ultima illa Cœna fuit
vñs: Quare stulti sunt, & per qu'ām ridiculi homines,
qui oculis suis patiuntur offundi has dipnosophista
rum nebulas. Ego quidem Cœnæ huius institutio
nem non descripsi more historico, vt cæteri fece
runt Euangelistæ, sed cùm aliqui abusus in Eccles
ia Corinthiorum accidissent, verba duntaxat te
stamenti eo repetiui, vt haberent Corinthij formam
sanorum verborum, quibus in hac Cœna vterens
tur, & quibus errores, & corruptelæ schismaticorum
refutarentur. Qu'od si quis adhuc est tam obtus
so ingenio, vt filium Dei neque in terris, neque

Heb. 1.

Ephes. 4.

Matth. 7. 6.

Marc 14.

Luc. 22.

Galat 3.

Ephes. 4.

March. 11. 28.

in cœlis loquenterem possit, aut velit assequi, hic per
grinum, ignotum aut album atrumue genium audi-
at, necesse est. Nam quia rationis vestræ dictamen cas-
pere non potest, quomodo Christus in S. Cœna, &
sua Ecclesia, secundum humanitatem suam, adesse
possit: & quia vos huic dictamini cœcæ rationis plus
fidei tribuitis, quam Christo ipsi, sanè hoc ipso indicio
vosmet, tanquam sorices proditis.

Quis enim statuat, vos ulli articulo fidei, captum
vestrum excedenti, certo assentiri? si nihil credendum
arbitramini, nisi quod humanæ rationi sit consentane-
num. Itaque stulte agitis, quod acumen ingenij vestri,
potius in verbis Cœnæ, & testamento Christi, quam
in articulo, de creatione omnium rerum, exerceris.
Nam si viam & modum monstraueritis, quo
Deus sit visus, cum cœlum & terram ex nihilo conde-
ret: etiam credemus, vos posse modum docere, quo
Christus Dei filius, assumptam suam carnem nobis
possit in Cœna sua exhibere. Quod enim Christi cas-
ro vere adsit cum pane, hoc nobis verum est: licet vos
modum ignoreatis, neque eum peruersis capitibus ves-
tris comprehendere, & nos docere possitis. Sed &
eadem carne Christus adest suæ Ecclesiae, neque hinc
abest, certo cœli loco affixus, ut vos fingitis. Sicut enim
& Apostolis suis adfuit, Euangelion annunciantio-
bus. Nam illi egressi prædicauerunt, ΒΕΙ ΚΥΡΩΣ
πίς ονεργόντος τοῦ λόγου βελαιόντος per signa subse-
quentia. Sic mihi consolator affuit in carcere, & quis-
dem peculiari & visibili modo, cum ore tenus mihi lo-
queretur. Hinc illa ex ore meo profecta est oratio,
cum

Mare. 16.

Act. 23.

cum scribo alibi: Ex hoc, quod contigit ipsi tentatum Heb. 2.
esse, potest etiam ihs, qui tentantur, succurrere.

At obsecro vos, quomodo posset Christus nobis
miseric & afflictis, hac ratione succurrere, si iuxta nos

uos Agnoetas nescit (quò ad naturam tentatam siue
humanam) quid ærumnæ patientur Christiani? Equi-

dem Christus ideo mortuus est, ideoque è morte res-
surexit, vt viuis pariter ac mortuis dominetur. Et

quod nam hoc imbellè est dominium, illis non posse
præstò esse, ante diem nouissimum: quibus domine-

tur quispiam? Christus, vt ego docui, super omnes
coelos ascendit, vt impletet omnia. Vobis vero implet-

Christus spaciū octo pedum, & quantum vero na-
turali corpori competit. An' non hæc est misera rerum

omnium impletio? Sed video quorundam, è vestro
coetu, suffugium: quo elabi cupiunt ex aliorum mani-

bus, ne fraudes illorum ab imperitis facilè deprehen-
dantur. Nam vestrum aliqui, ne videantur omni Te-
stamento seruatoris nostri, Christianos velle spoliare,

corpus quoddam spirituale fingunt: quo illi fruantur,
qui Cœna Domini, & pane & vino spiritualiter ve-

scuntur. Vnde autem istud corpus spiritale prodij?
aut è quibus cœurnis Sabaudiae caminarijs prore-

pst? An' non Christus expressè dixit: Come dite, hoc
est corpus meum, quod pro vobis traditum est? An'

non dixit: Bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis
effusus est? Vtrum spirituale corpus, an corporale est

mortuum? Vtrum spiritualis, an corporalis sanguis
est effusus? Et quis non videt, quadam metamorpho-

si animam Cerdonis, Prochianitarum, aut Apellis, aut
Manichæorum, aut Valentini, aut Apollolinaris, aut

Theolog. Heidel-
bergenſ. in ſua con-
fessione de tribus
Artic.

Rudolph. Gualth.
hom. 112. in 13. cap.
Mar. Niceph. hift.
Ecclef. lib. 18. cap.

50.
Matth. 18. & 28.
Rom. 14.
Ephes. 4.

August. de hæret.
cap. 21. Philastr. in
catal. hæret. Euseb.
hift. Ecclef. lib. 5.
cap. 13. Irenæus lib.
3. cap. 4.

222 Acta Concil. National. super

Ephes. 4.
Heb. 7.

Priscilliani, in vos immigrasse: qui vna cum illis habuitis, et ex ore illorum pronunciatis, in Coena Domini corpus spirituale, non naturale, typicum non verum, phantasticum, non vitium exhiberi? Quæ autem haec insania est, quod Christo, sedenti ad dextram Dei, & iubenti, ut comedatis corpus suum, in mortem pro vobis omnibus traditum, vos nihilominus spirituale corpus comminiscimini? Quæ haec est petulantia Diabolica, quod Christo in cœlis loquente, de carne, vos loquimini de Spiritu? Dicetis, hoc ab omniratione esse alienum, quod Christus loquitur: At obsecro vos, cur non cogitatis, non discedendum a manifesto Dei verbo, quando absurditas tantummodo in iudicium rationis impingit? An nescitis, quod de Deo, & rebus diuinis, non sunt singendæ opiniones, ex nostris phantasticis ratiocinationibus, & imaginationibus? Sic enim sentiendum de Deo & rebus diuinis, captum humanum superantibus, sicut ipsem in suo verbo, nobis prescripsit.

Venio nunc oportuniè etiam ad spiritualem vestram mandationem, quam vos spirituali vestro corpori addidistis. Si enim vos censetis Christum & Apostolos, in extrema illa Coena fuisse ebrios: certe Christo debebatis credere, postquam omnimirabilitate deposita, super omnes coelos elevatus est, & ad dexteram virtutis sedet: vnde sua mihi reuelauit mysteria, & de diversis mandationum generibus me instituit, aliosque instituere præcepit. Nam primum dixit de esu panis & potu vini: deinde expresse addidit de esu carnis seu corporis, & potu sanguinis: & tertio de spirituali mandatione, quæ fiat in commemoratione

Ephes. 4.
Heb. 7.
Math. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

nem mortis Domini. Et quomodo potuisset disertius
loqui, de Cœna sua Seruator Christus? Insecutis qui-
dem temporibus, extiterunt quidam Ecclesiæ Docto-
res, qui de hac triplici manducatione separatim, non au-
tem coniunctim docuerunt & scripserunt. Quæ sa-
cile docendi ratio vos, præposteros rerum arbitros, fa-
cile turbare potuit. Sed æqui iudices, & qui se pati-
untur erudiri, nihil inde accipiunt incommodi. Nam
triplex iste manducatio, cui tria hæc ciborum genera
coniungi debent, nisi quis velit sibi manducare iudici-
um. Nihil enim aliud est Cœna Domini, quam panis
& vinum, corpus & sanguis, fides & gratiarum actio,
Qui aliud querit in Cœna Domini, aut aliam Cœnæ
rationem instituit, is insanus est, blasphemus est, sacri-
legus est: neque Iesu Christi, sed ipissimi Diaboli Cœ-
na fruatur. Cum autem omnipotens Dominus mes-
sus, quem nihil latet, vicunque noui & prisci Agnoes-
tae insaniant, non ignoraret, fore quosdam immundos
porcos, qui rostris suillis Testamentum eius subuer-
rent, & qui præsentia corporis & sanguinis, in Sacra-
mentalibus signis pernagarent: idcirco voluit etiam
hæc verba, suo Testamento per me inseri. QVI IS QVI IS 1, Cor. n.
ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini in-
signe, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et ad-
huc clarius: Qui edit & bibit indign'e, iudicium sibi ipsi
edit & bibit, non dijudicans corpus Domini. Nam
hæc verba tam clara, omnem dubitationem tollunt, &
dilucide ostendunt, quod indign'e sumentes Cœnam,
non solummodo elementa, sed verè etiam, verum
corpus Christi & sanguinem eius acceperint. Quomo-
do enim possint rei esse corporis et sanguinis, aut quo-
modo

modo sibi iudicium sumere , qui de pane illo comedunt, & de calice illo bibunt indignè, si corpus & sanguis Christi , in pane & vino non ad sint : Objicitis quidem vos, boni viri, me de indigno panis & poculi, non autem de veri corporis & sanguinis Christi visu scripsisse ad Corinthios. Sed o malitiosos hostes Testamenti Filii Dei. An vero sententia illa absolute a me posita est : Minime omnium , sed per particulam illatuum (ut loquimur in Scholis) annexa est verbis institutionis, vnde etiam deducitur , dependetque: ut iam non liceat vobis , quidvis in quemvis de quovis comminisci. Nam particula illa esse, quæ consequentiam ex verbis institutionis dedit & infert , rationem , quomodo & quare illi , qui panem hunc Cœnam manducant , hac ipsa mandatione rei fiant violati corporis et sanguinis Christi: quia scilicet panis ille, est corpus Christi, quod pro nobis traditum est. Ex quo facile possetis (si præiudicia vestra vosterque quereret miseros non excæcessent) colligere , quod ego verba illa, in sua & propria sententia, intellexerim. Neque vero obscurè locutus sum , etiam de discretione & iudicatione eius cibi, qui in Cœna Dominica exhibetur, & ore vescentium sumitur. Illum namque cibum, ita à reliquis cibis omnibus volui discerni, vt hic cibus iudicetur corpus Domini. Quomodo vero hoc? Quia de hoc cibo Filius Dei seruator meus expresse pronunciauit dicens : Hoc est corpus meum , quod pro vobis traditur. Quicquid igitur alij de hoc cibo, qui in Cœna Dominica exhibetur, & ore vescentium sumitur , sentiant & statuant, & quamcunque ei excellenter supra vulgares cibos tribuant, nisi eum iuxta vestrum

bum Filij Dei dijudicent, quod, scilicet, sit corpus Domini; non recte dijudicant, sed manducant sibi iudicium. Et certe obseruasse vos oportebat, quod aperte dixi de cibo Cœnæ Dominicæ, cur etiam indigni il-
lum manducent. Hæc enim ex perpetuo contextu
disputationis meæ de Cœna, si sententia cum præce-
dentibus, et cum ipsis verbis Institutionis connectan-
tur, manifesta & certa sunt. Et ut maximè isthæc om-
nia, quæ huc usque à me commemorata sunt, & quæ
egomet à Christo ipso in tertio coelo didici, essent ob-
scura & similia ænigmatum: tamen ea, quæ sequun-
tur verba, omnes pios commonere & commouere
debuerunt, ut veram Christi corporis præsentiam in
Symbolis Sacramenti statuerent. Ita enim scribo:
Non ne poculum benedictionis, cui benedicimus,
Konavæ sanguinis Christi est: & panis, quem frangis-
mus, non ne *Konavæ* corporis Christi est: Quid n. ali-
ud est *Konavæ*, quam participatio. Nam ita etiam quis-
dam antesignanus vester vocabulum istud interpre-
tatur: & occultus quidam huius antesignani discipu-
lus, non aliter id ipsum accipit: cum ita scribit: Das
Brot / das wir brechen / ist die Auftheilung des

i. Cor. 10.

Calvinus.

Leib Christi: Panis quem frangimus, est distribu-
tio corporis Christi. Et quidem hanc interpretatio-
nem alias prior recte & vere tradidit, ubi scripsit:
Das Brot das wir brechen / ist der außgetheilte
Leib Christi. Panis quem frangimus, est distribu-
tum corpus, seu distributio corporis Christi. Et ne-
quisquam ex phanatica Simonis Magi posteritate,
pro sua temeritate, & quiduis singendi libidine, ver-
ba mea sinistre interpretaretur: ego singulari consi-
lio,

Philip. in respons.
ad articulos Vor-
matiens. & Rati-
bonens.

Lutherus in libel-
lo Visitationis.

226 *Acta Concil. Oecumenici, super*

No, & instinctu Spiritus S: verba præcedentis sententiæ ita posui, vt non obscurè totam institutionem res ferrent, atque exprimerent. Nam vt quilibet intelligeret, illa mea verba exponenda & dijudicanda esse ex verbis institutionis, & non contrà: ideo sic scripti Corinthis: Tanquam prudentibus seu intelligentibus loquor, vos ipsi iudicate, quod dico. His ostendere volui, iam antea scire & intelligere Corinthios meos, quæ de *κοινωνίᾳ* corporis & sanguinis Christi cum pane & vino dicturus essem. Vnde vero scire, aut intelligere, aut etiam dijudicare hæc poterant? Dubio procul ex illa traditione, quam præsens ipsius exposueram, dicendo: Ego quod a Domino accepti tradidi vobis &c. Quando ergo vocati poculum ēv^{λογίας}, cui benedicimus, volui referre & exprimere illa verba institutionis, ubi dicitur: Accipit panem, similiter & poculum, ac benedixit, seu gratias egit. Neque vero propter hanc benedictionem, qua ipsi Deo in actione Cœnæ gratias agimus, vocare volui poculum ēv^{λογίας}. Nam disertè locutus sum, dicendo: δέ ēv^{λογίας}, vt benedictionem ad ipsum poculum referrem. Ita cùm dicerem: Panis quem frangimus, volui exhibitiua verba institutionis exprimere, ubi dicitur: Fregit ac dedit discipulis. Quia vero Seruator, & præceptor meus iussit, vt id, quod exhibebat, sumeret, cùm inquit: Accipite, comedite: idcirco ego uti volui vocabulo *κοινωνίας*, quo idem à me exprimesetur. Et quod redemptor meus addidit explicatio nem, quid illud esset, quod in Cœna exhibebat, & ab Apostolis sumebatur, inquiens: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, id ego nominauī *κοινωνία*

Cœnæ

corporis & sanguinis Domini. Quid ergo in re tam manifesta coniecturis opus est? quid opus, ut alius quidam interpretetur verba mea de vita, de vigore, ^{Calvinus,} de efficacia corporis Christi, quod longissime à nobis dissitum sit: & quo defluente in nos, dicamur corporis Christi participes fieri: quia vita illa defluens in nos, sit quasi abstractum quiddam à substantia corporis Christi? Quid opus, ut alius participationem illam ^{Martyr.} corporis Christi ita definiat, quasi fides, auertens se à Symbolis Coenæ, ascendat supra omnes cœlos, atque ibi Christum in maiestate sua apprehendat? Quid opus, ut alius dicat: Si mihi Genevæ existenti, tradit ^{Beza.} tagleba, donetur ager, in Saxoniam situs: dico me ea ratione participem fieri agri: hoc est, ius acquirere & habere in agro, seu ad agrum illum. Sic sexcentis monachis Sacramentaria Anabaptisticaque leuitas, & in constantia ludit: omniaque singit ac refingit. Atqui nōrunt pīj homines, vocabulum *κοινωνίας* nequas quam remouere, aut excludere substantiam ex illa actione, cuius est *κοινωνία*. Alibi ego à me scriptum esse memini, quod Spiritus sanctus habitat in vobis, ^{Rom. 8.} & illam habitationem vocauī *κοινωνίαν* Spiritus. Si ^{1. Cor. 6.} fanaticus essem, non autem Apostolus: si non Theologus essem, sed teratologus: tum sentirem Spiritum sanctum essentia sua non habitare in creditibus; sed illam essentiam longissimè à nobis esse remoram, & eius loco abstractum aliquid à substantia Spiritus sancti, dona scilicet, & virtutes esse tantum in nobis. Sic eleemosynas, quæ pauperibus sanctis colligebantur, appellauī *κοινωνίαν*. Num verò ideo non ipsam substantiam eleemosynarum contribuendam

^{Rom. 15.}
^{2. Cor. 8.}

F f 2 & mit-

228 Acta Concil. Oecumenici super

& mittendam esse censi. Sanè ego per ~~non videlicet~~ corp
oris & sanguinis, nihil aliud intellexi, quām duas es-
se res in Eucharistia: panem & corpus, vinum & san-
guinem: easque vere & substantialiter exhiberi, &
sumi ab omnibus, Cœna vtentibus. Erant adhuc mul-
ta hoc loco dicenda, quæ pro Christi gloria, & integris
frontem perficuisti vos Sacramentiperdæ, quando

Vide Selneccer. in aperte scribitis, verba Institutionis esse pauca & inua-
29. confusat. accusa-
lida, atque ex oculis remouenda, & sinistro tantum o-
fation. Sacrament,
fol. 382.
culo intuenda, dextro oculo ad omnium temporum
Religionem directo: quid quæso ego hîc aliud agam,
aut quid mediter, nisi ut hanc causam Domino Ser-
uatori meo commendem? Hic enim propediem Te-
stamenti sui violatoribus grandem impinget dicam:
quod illi tot tropis, tot figuris, tot schematibus, tot ty-
pis, Fílio Dei Testamentum suum peruerterint. Quo-
in iudicio videant hostes Christi, quid huic quæstori
respondeant. Nam valde metuo, ne pro suis glossa-
rijs interpretamentis, à testatore Christo præmium in
sempiterno carcere Diaboli accipient.

Quod autem ad Euangelistam Lucam attinet,
meum discipulum & collegam: sciatis vos Synodici
Cacodoxi: quod in eadem ille sententia etiamnum
permaneat, quam olim a me didicit: & quod ijsdem
verbis vtatur in Cœnæ descriptione, quibus ego vi-
soleo. Quare prolixa oratione sibi supersedendum
ipsemet censet: propterea quod Apostolicam Ecclesi-
am de Cœna Domini recte sentire iudicat: & quod se
meum profitetur discipulum, vt pote cuius ego in Es-
pistolis aliquoties mentionem facio. Hoc vnum dae-
ct

et viro optimo & mihi: quod iste Burgundus L. L. Prætol. lib. 2. catal.
 Licentius, cum se in Bartholo, aut Baldo, aut potius Hæret. cap. 22.
 in Martiale versari, aut aliquod lascivum Epigramma
 de sua Candida fingere crederet, non erubuit affirmas-
 te: quod aut Lucas Solœcismum fecerit: aut aliis Eu-
 angelion illius corruperit, & depravat eo in loco, vbi
 Coenam Domini Lucas describit. Sed præstat audire
 ipsum virum, tam honeste, & tam præclarè de doctrinæ
 na nostra sentientem. Qui pro vobis effunditur ca- Theod. Beza in 12.
 lix, &c. & (inquit) ὑπὸ ὑμῶν ἐκχυόμενος. Cum hæc caput Lucæ,
 verba, si constructionem spectemus, necessario non
 ad sanguinem, sed ad poculum pertineant, neque ta-
 men de vino (nendum de poculo) intelligi possint: aut
 manifestum est Solœcophanes, cum dicendum fuerit,
 τὸ ὕπερ ὑμῶν ἐκχυόμενος: aut cum hæc essent ad' mar-
 ginem annotata ex Matthæo aut Marco, postea in
 contextū irrepererunt: quod cō quidem facilius est ad-
 missum, quod cum in superiori versiculo adscriptum
 esset, τὸ ὕπερ ὑμῶν οὐ μένος, hoc est, quod pro vobis das-
 tur, simile quiddam videtur adjiciendum fuisse, vbi
 agitur de sanguine. Sed neque hoc additur apud Pau- 1. Cor. 11..
 lum, quicquidnam videtur ex hoc loco descripsiisse Cœ-
 phanes Lucas usurparet. Omnes tamen nostri vetus-
 sti codices ita scriptum habebant. Hactenus Licentia-
 tus plusquam licentiosus. Nam idem sibi in corrigen-
 do Luca existimat: quod Henr. Stephano, in emen-
 dando Herodoto, aut Thucydide, aut Plutarcho, alii
 i. e. autoribus licere vidimus. Certè intra mille annos,
 proximè elapsos, nemo unquam ex Hæreticis fuit
 tam desperata malitia homo, vt ad suum dogma pro-

230 *Acta Concil. Oecumenici, super*

pugnandum, auderet Spiritum sanctum, aut Evangelistam insimulare inscitiae, eumque pro indocto Grammatico proclamare: præter hunc Poëticum iurisconsultum, qui post tot annorum secula conatur Spiritum sanctum docere Grammaticam. O cœlum, ô tellus, ô maria: quæ hæc est impudentia mali illius Spiritus, aduersantis Deo in omnibus? quæ hæc nos strorum hominum cæcitas? qui non animaduertunt, quid iste Spiritus machinetur mali? Certè nisi oculos aperiat vobis Christus, breui futurum esse dico, ut amittatur Deus, amittantur sacra Biblia, & uniuersa Europa errore Antitrinitariorum, quasi diluvio quodam, inundetur. Tanta enim est huius Sacramentalij Spiritus audacia, ut nihil non aduersus Deum, Deique verbum ausit machinari & meditari. O pleni omni dolo & versutia, filij Diaboli, inimici omnis iustitiae, cur non desinitis inuertere vias Domini regas? Et ecce nunc manus Domini super vos, & eritis cæci, non videntes Solem iustitiae, usque ad seriam, & Deo dignam conuersionem.

Cum Apostoli & Euangeliſta, suas orationes abſoluſt sent: processerunt in medium Sancti Martyris, & Confessores, Doctoresq; Eccleſia: quorum nomine una quidam verba fecit coram Patribus, in hanc ſententiam.

ORAT.

ORATIO SANCTO-
RVM MARTYRVM ET DO-
CTORVM ECCLESIAE.

Ici non potest, quanta ſpe & qua Spiritus exultatione nos Sancti Martyres, & Confessores Dei, Ecclesiæque Doctores, homines omnium Hæreticorum atque Hæreticos, in hac Synodo comparuerimus. Sperabamus enim omnes, qui à laeva dextraque in magna adſtruenda veritate, & pro cauendis omnibus generis corruptelis, que in hanc doctrinam de Christi Testamento irrepferunt: deniq; ad testificandā animi sententia bonum & laudabile opus perficeremus. Sed dum veritas audimus sententias, viri Sacramentarij, magno afficimur tremore, magna tristitia: quod neque vos iustum inſiſtitis viam, neque nos recto tramite vultis incedere. Nam in hoc doctrinæ Christianæ articulo, non modo breuitatem requiritis, quæ certe necessitatire potest plurimum afferre incommodi: sed etiam hoc vultis, ut falsi simus testes, & sacrilegi, & falsarij: & ut Christum arguamus mendacij, & dicenti Christum: Hoc est corpus meum, audacter obſtrepamus & dicamus: Hoc non est corpus tuum. Quid autem aliquid a nobis postulatis, niſi ut eam de Cœnam fidei, pro qua vitam amissimus, & sanguinem nostrum profundimus, in hac Synodo reuocemus? At certe iſthuc tam agere nobis facit, ut præ lachrymis vix possimus verba facere: neque vobis Cacodoxis consentientibus iusto-

I.
Quare Patres de
Cœna Domini
loquentes, non
tempor sint iſdem
phrasibus vſi,

232 *Acta Concil. Oecumenici super*

iusto responso obuiam ire. Itaque præscriptæ à vobis
breuitati consulturi, paucis, quantum fieri potest, dis-
cemus: quæ sit nostra omnium sententia, de verbis
Testamenti Christi.

Ac initio profite mur quidem, quod nos in nostris
libris, quos posteritati reliquimus, non semper eodem
modo, neque iisdem semper verbis loquimur, & scri-
bimus de Testamento Filij Dei. Nam pro diuersitate
auditorum, quibus nos accommodauimus, & pro
diuersitate Hæreticorum, qui non iisdem semper ar-
mis Testamentum Christi oppugnarunt, etiam di-
uersis loquendi formulis vsi sumus. Quis enim tam
alienus est à sensu præteriorum temporum: ut ex his
istoriæ Ecclesiastica nesciat, quæ variijs machinationis
bus Diabolus aperta, & dilucida Christi verba per suos
administros fuerit adortus? Nemo enim Hæreticus
vnquam fuit, qui non etiam Christi Testamen-
tum conculcauerit. Sed quod Sacramentarij binc in-
ferunt, nos ista loquendi varietate Christi Testamen-
tum obscurare voluisse: quasi alius nostrum peculiari
ratione interpretaretur voculam, HOC, alius verbum,
EST, alius nomen, CORPVS, alius denique Prono-
men, M E V M: sicut faciunt Sacramentarij: certè in eo
grandem nobis inferunt iniuriam. Nam diuersitatem
verborum, diuersitati Hæreticoru, quibus cum nobis
negociū fuit, esse adscribendam, ex illorummet oratio-
ne cognouistis. Quæ enim multi fuerunt, omnis-
bus temporibus, ad hanc usque ætatem, quæ se Christo
opposuerunt, non ne id ex prolixo Catalogo, & ordi-
naria Hæreticorum successione percepisti? Mirar-
mur tamen illorū non esse factam mentionem, quo-

rūm alijs Scriptores non sunt obliti: vt sunt Gnostici, Epiphan. Tom. 2.
 Artotyritæ, Hydroparastatæ: & de quibus Papa, Iu- Hæret. 26. August.
 lius Primus, circa annum. 358. ad Episcopos Ægypti de Hæret. cap. 28.
 ptiacos, in hæc verba scripsit: Audiuimus quosdam Theodoret. lib. 1.
 Schismatica ambitione detentos, qui contra diuinos Hæret. fab.
 ordines, iac pro vino, in diuinis sacrificijs dedicant, Distinct. 2. Parag.
 alios intinctam Eucharistiam populis, pro comple- Cum omne.
 mento porrigere, quosdam expressum vinum, alios
 pannum linteum, musto intinctum per totum an-
 num reseruare, & in tempore sacrificij, in aqua lauare,
 & partem offerre. Quod si Patribus fuisset contra hos,
 tam multos atque diuersos Hæreticos, agendum &
 scribendum iisdem omnino verbis, quomodo obsecro
 id praestare omnes & singuli potuissent: Exinde fas-
 tum est, quod Patres, diuersis e sacra Scriptura petitis
 sententijs ac testimonij, contra Hæreticos vsi sunt, &
 quod ipsi etiam diuersa, non tamen discrepantia, aut
 contraria, de sacra Cœna protulerunt. Nam interdum
 loquuntur de externis Symbolis, panis & vini, quale Vide fundament.
 sit iporum munus & officium in Cœna: vt, scilicet, Chemnitij cap. 10.

234 Acta Concil. Oecumenici, super
ter protulerunt, sine iudicio, et sine discriminē circum-
stantiarum, confusē & promiscuē referuntur: tum nec
cessē est, magnam in animis imperitorum hominū
perturbationem existere. Nullius enim Hæretici int-
genium tam perplexum est, ut suam opinionem ex-
dictis aliorum, sinistrē detortis, non conetur defende-
re. Cum autem præcisa sit nobis ansa de his rebus omni-
bus copiosius dicendi: mihi mandatum est, ut ex
singulorum scriptis, vbi ipsi ex professo de sacra Cœ-
na loquuntur, breuiter ostendam, quæ cuiusque fuit
rit de hac controversia fides & sententia.

II.

Fatres docuisse,
Eucharistiam duas
rebus rebus consta-
re.

Ignatius ad Smyr-
nens. Iustinus Apo-
log. 2. Theodoret.
Dialog. 3. Pol. Ies.
næus lib. 4. cap 34.
August. in sentent.
Prospel.

Confitentur igitur liberē atque apertē, quod ciz-
bum & potum, qui in mensa Domini exhibetur, Eu-
charistiam semper nominārint: & vna cum Irenæo
constanter affirmārint, illam Eucharistiam constare
non vñā tantum re seu substantia, sed ex dubibus re-
bus. Et Augustinus exp̄rē docet, Sacramentum
confici & constare, non vno tantum, sed duobus.
idem Irenæus, cum dicit, vnam esse terrenam, alte-
ram cœlestem. Quantum ad terrena attinet, pa-
nem, putā, & vinum, nulla est hodiernis, sicut etiam
antiquis temporibus, inter nos disceptatio: sed de re
cœlesti non idem sentitis nobiscum, vos Cacodoxi
consentientes. Sunt enim (quod scimus) qui cœle-
stem rem gratiarum actionem seu sanctificationem
dicunt: quidam verbum promissionis, non aliter, quā
de communicatione meritorum Christi, interpretan-
tur: alij verò Symbolicam esse significationem, totis
viribus contendunt. Sed ne statu conjecturali, aut
libris diuinationum, aut aliquo Oedipo opus sit: Iren-
æus

næus clare & diserte rem cœlestem nominat, corpus & sanguinem Christi: quem Augustinus fecutus, apertius loquitur. Hoc est (inquietus) quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus: Sacramentum hoc duobus confici, duobus constare: visibili Elementorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi corpore & sanguine. Et ne Protheus tropista, in vocabulis corporis & sanguinis, ambiguitatem causari, aut suffugium captare posset, Irenæus Irenæus lib. 5. addit hanc explicationem: Sanguis (inquit) non est nisi a venis & carnibus, & a reliqua hominis substantia, quæ vere factum Dei Verbum, sanguine suo nos redemit. Et alius: Carnes cum panibus comedipræcipient, ut nos intelligeremus, illud ab eo mysterium dici, quod simul panis & caro est. Et ne per cœlestem rem, ex qua simul cum terrena Eucharistia constare dicitur, aliquis contendat, intelligi tantum vim, virtutem, efficaciam vel fructum, quæ dignam participazionem huius Sacramenti consequitur: idecirco alius nostrum, qui & ipse Maiorum suorum longè fuit observantissimus, his verbis hanc sententiam distincte explicuit: Tria (inquit) in Sacramento Altaris attendere debes. 1. speciem panis. 2. veritatem carnis. 3. & virtutem gratiæ spiritualis. Quod videmus, est species panis & vini: Quod sibi illa specie credimus, verum est corpus, & verus est sanguis Christi, quod peperdit in cruce, & qui fluxit de latere.

Bernhard. in serm.
mon. de Coena
Domini.

Quum autem quidam inficiari non possint, Eucharistiam constare duabus rebus: contendunt, duas illas res à se inuicem esse disiunctissimas: & panem in terra, corpus vero Christi in certo quodam loco cœli Patres senserunt, duas res illas Sacramenti in terra coniunctas esse.

236. Acta Concil. Oecumenici, super

consistere, atque ideo vocari rem coelestem. Illas vero duas res coniungi & vniri in Eucharistia, non secundum substantias, sed vel significatione, vel virtute & efficacia corporis longissime dissidi. Hostes hi sunt Christi, qui Christi hominis praesentiam, neque in terra, neque in Coena ferre possunt: ideoque nugantur, se Maiorum auctoritate facere, quicquid incredibili vanitate iactitant. At vero tota antiquitas sententiam suam de Eucharistia, duabus rebus constante, tam perspicue explicat, ut commentum hoc Caluinistarum locum habere non possit. Haereticos enim, Nestorium & Eutychem, eorumque patres & nepotes, qui in una persona Christi non agnoscebant duas Naturas integras & distinctas & impermixtas, sed vel diuinam vel humanam naturam negabant, vel eas separabant: Patres hi fermè omnes, uno ore refutant, ex dogmate de Cœna Domini Iesu Christi. Afferunt enim hys postulas Christi, constare duabus naturis, nec disiunctis, nec confusis, sed coniunctis, atque unitis: sicut Eucharistia constat duabus rebus, externa, scilicet Elementorum specie, & inuisibili corpore & sanguine Christi. Quod si hi Patres sensissent, vel docuissent, Eucharistiam ita constare duabus illis rebus, vt secundum substantiam prorsus non sint simul, vel coniunctæ: sed sint à se inuicem disiunctissimæ, & longissimo interuallo separatæ, ac tantum vel significative, vel relatione, vel virtute & efficacia dicantur coniunctæ, nullo modo potuissent, similitudine ab Eucharistia ducta, refutare commenta Hereticorum, qui vel unam naturam seu substantiam tantum in hypothesis Christi agnoscebant: vel duas ipsius naturas sicut

De his vide Alfonsum
Ium de Castro lib.
4. Parag. Christ.
aduersus haeres.
& Iustin. Apologi,
2. August. in sens.
tēt. Prospcri. Chry.
stofo. ad Cæsari.
Monach. Gelas.
Pap. cont. Nest. &
Eutych.

Theodoreti. Dia-
log. 2.

Parag.

parabant & seorsim ponebant: vel fingebar diuinam naturam in Christo esse, non per substantiam, sed per virtutem & efficaciam peculiarem. Nam illa Hæres titorum blasphema deliria magis adiuuissent Patres, atque hac similitudine comprobassent, id quod huius Synodi Hæretici haudquaquam dissimulârunt. Patres enim ita sentiunt, Eucharistiam duabus constare rebus, pane & corpore, vino & sanguine: sicut persona Christi constat duabus naturis, distinctis quidem, non autem separatis, aut disiunctis, sed coniunctis seu vniuersitatis: modum tamen vunionis utrobique non statutum, tamen in Christi enim persona inseparabilis, & hypostatica seu personalis est duarum naturarum unitio, qualis in Eucharistia non sit. In eo vero conuenit coniunctio duarum naturarum seu substantiarum, & in persona Christi & in Eucharistia: quod sicut in persona Christi (Quemadmodum Patres, hæc similiter vunionis personalis duarum naturarum in Christo, vunionem Sacramentalem panis & vini cum corpore et sanguine Christi explicârunt:) ita etiam in Eucharistia, non sit vna tantum natura seu substantia, sed duæ distinctæ quidem, non autem separatæ seu disiunctæ, sed secundum substantias, vere & incomprehensibiliter coniunctæ atque unitæ: licet modus vniuersitatis non sit idem. Et August. hæc addit: Quia (inquit) omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Hæc demonstratio sententiae illius, quomodo veteres intellexerint Eucharistiam constare pane & corpore, vino & sanguine Christi, tam evidenter, tam perspicue & luculenter. animum nostrum ostendit & illustrat, ut nulla ratio-

Chrysost. Homilia
de passione Christi.
Cyprianus ser-
mone de Cœna
Domini. Theodo-
ret. Dialogo 2.

238 *Acta Concil. Oecumenici, super
ne eludi possit, nisi quis ex luce tenebras facere, & So-
phistæ istius artem, nārātū, ov nārātū, profiteri velit.*

IV.

*Patres senserunt,
corpus Domini
non tantum esse
in Cœlo.*

*August. ad Neos
philicos.*

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Chrysostom.

*Idem in Sermo, de
Eucænijs.*

*Idem Homil. 24.
in 1. Cor.*

Quid enim: an hi Patres vñquam docuerunt aut
scripserunt, illam rem cœlestem, quæ simul pertinet ad
constitutionem Eucharistie, à pane & poculo Domini
ni longissimè & remotissimè abesse? Certe hoc nez
minem dictorum ipsi arbitrantur, nisi qui aut monus
menta antiquitatis ignorat, aut ipsissimo patre mendac-
iū longè sit mendacior. Tradunt enim, simul cum
pane & in poculo adesse ipsam substantiam corporis
& sanguinis Domini. Evidem Beda ille venerabilis
citat hunc nostrum Augustinum dicentem: Hoc ac-
cipite in pane, quod peperit in cruce: Hoc accipite
in calice, quod est effusum delatere Christi. Erit enim
illi mors, non vita, qui mendacem putauerit Chris-
tum. An non elegans hæc est verborum Christi pa-
raphrasis? An non est illustris hac commendatio?
Alius nostrum explicans Paulina verba, poculum
benedictionis est participatio sanguinis Christi: Hoc,
inquit, quod in poculo adest, illud est, quod ex latere
Christi fluxit: & illud participamus. Et mox: Quando
pocula illud in manibus tenemus, glorificamus De-
um, & obstupecimus ad donū illud ineffabile, quod,
scilicet, avtò τοῦτο, hoc ipsum effundit, & non solum
effudit, sed omnibus nobis hoc ipsum distribuit. Et
in alio etiam loco: Sanguis in crater, in tuam puris
ficationem ex immaculato latere haustus est. Idem il-
le Pater sæpius vocat τὰ προκαίδια, quando loquitur
de ihs, quæ in externa actione Cœnæ Domini propo-
nuntur & tractantur. Quando corpus Christi προκά-
ίδιον videris, dic tecum, propter hoc corpus, cœlum
& quæ

Controuers. de S. Cœna Domini. 239

& quæ in eo bona sunt, accepturum me spero. Hoc corpus cruci affixum est, verberatum est: sed morte victum non est: hoc corpus Sol crucifixum videns, radios auertit: propter hoc corpus, velum templi scissum est, & petræ, & vniuersa terra tremuit. Et alibi idem ait. Mensam Dominicam, vicem præsepis ex Idem in Orat. de plebe. Nam & in hac reponi corpus Dominicum, non Philogonio. quidem fascijs inuolutum, sed Spiritu sancto vnde-
quaque vestitum. Hoc etiam Canon Nicenus, quem Cuthbertus Ton-
Hæretici supra allegarunt, expresse dicit: In sacra stallus Angliae
mensa Domini duo esse προνέψεια, quæ præsentia Episc. lib. 1. de Eu-
adsunt, & proposita sunt: panem, scilicet, & poculum: charistia ex frage
deinde ipsum agnum Dei, cum precioso suo sanguine & corpore. Et in sacra illa mensa, non tantum ea, mentis Nicenis in
qua exterioribus sensibus exposita sunt, attendenda Vaticana biblioth.
& obseruanda esse, sed mentem esse eleuandam, vt si- vertit.
des cogitet de illis etiam, quæ sensibus non apparent:
scilicet, de præsentia ipsius corporis & sanguinis Christi. Quersum vero mentem vult attollis: Num vt a
præsenti externa actione Coenæ auersa, super cœlos
cœlorum expatietur? Aut ubi nam fides debet præ-
sentiam Christi cogitare? Num tantum in cœlo com-
prehensam? Canon certè hoc non dicit, sed expresse
& diserte affirmat, mentem ita esse eleuandam, & fi-
dem ita debere cogitare, vt agnoscat in illa ipsa sacra
mensa, agnum Dei cum corpore & sanguine suo pos-
sunt esse, in qua panis & poculum proposita viden-
tur, & externa Sacerdotum actione tractantur. Ac-
quando parum quid de externo pane & poculo sumi-
mus, tum nos simul reuera etiam accipere corpus &
sanguinem Christi, quæ in mensa illa adesse, fides ex
verbo.

240 Acta Concil. Oecumenici super

Gregorius Neste,
nus in quadam
homil.

verbo agnoscit. Huic sententiae ad stipulatur aliis, dicens: Hic est sanguis meus, qui effunditur, & non aliis iste, & alius ille, sed unus idemque & iste & ille. Cras igitur fundetur, ex hoc meo latere, quem vos modi bibitis & videtis in calice.

V.

Patres senserunt,
post consecratio-
nem duas res in
Sacramento ad-
esse.

Et quod evidentius ac clarius sententiam suam de durabus rebus in Cœna præsentibus, terrena nimirum & coelesti, hoc est, pane & corpore, vino & sanguine, hi Patres coram vobis consentientibus testata facerent, unanimitate scripserunt: ante consecrationem esse unam tantum substantiam, scilicet panis & vini: quando autem verbum & institutio Christi ad illa Elementa accedat, tunc non, ut antea, unam tantum substantiam & nuda Elementa ibi adesse: ut Simonis Magi impia posteritas, blasphemè contraveniamenit, nungatur: sed simul etiam ipsum corpus & sanguinem Christi adesse. Panis iste, inquit hic p̄iissimus Pater, panis est ante verba Sacramentorum. Vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Item: Ante verba Christi calix est aquæ & vini plenus: vbi verba Christi operata fuerint, sanguis ibi efficitur, quippe rem redemit. Et alius: Non ut vulgarem panem & vulgare poculum haec sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Iesus Servator noster, carnem & sanguinem habuit, pro salute nostra: sic etiam per verbum precationis, & gratiarum actionis, sacramentum ab ipso alimoniam, quæ mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati Iesu carnem & sanguinem esse dicimus. Nam Apostoli in suis scriptis, quæ vocantur Euangelia, sic sibi Iesum mandat

Ambrosius lib. 4.
cap. 4. & 5. de Sacra
mento. Dist. 2. Pas
rag. Panis.

Chrysost. in homi
li. de passione
Christi.

Controuersi de S. Cœna Domini. 241

tradiderunt, sumpto pane actisque gratijs dixisse :
 Hoc facite in mei memoriam, hoc est corpus meum.
 Similiter, sumpto poculo: Hic est sanguis meus. Item Iustinus.
 aliis, Ipse Christus ornat & consecrat mensam hanc.
 Non enim homo est, qui id, quod proponitur, faciat
 Christi corpus & sanguinem, sed ipse Christus, qui
 pro nobis crucifixus est. Sacerdotis ore verba pro-
 feruntur, & Dei virtute consecrantur & gratia, hoc
 verbo, quod dicit, hoc est corpus meum, ea quæ pro-
 ponuntur, consecrantur. Et sicut illa vox : Crescite &
 multiplicamini & implete terram, semel quidem di-
 sta est, sed omni tempore sentit effectum, ad genera-
 tionem operante natura: Ita & vox ista semel quidem
 dicitur, sed per omnes mensas Ecclesiæ, usque in ho-
 diernum, & usque ad eius aduentum præstat Sacra^s Gregorius
 mento firmitatem. His subscribunt alij: Panis initio Nifenus.
 communis panis est, sed ubi mysterium sanctificau-
 rit eum, corpus Christi & nominatur & est corpus
 Christi. Sic etiam Theodoreetus loquitur: Post conse^s Theodoreetus
 crationem (inquit) panem nominamus corpus Christi Dialog. 2.
 & calicem sanguinem Christi, non quod Elementa
 ta excidant à proprietate suæ naturæ, sed quod sint
 mystica Symbola, quibus credimus, nos accipere cor-
 pus & sanguinem Christi.

Quod autem quidam crassissimi Capernaïtæ, ad
 aurem usque oggannire solent, Physici corporis pro-
 prium esse, ut conspiciatur ab attractantibus, ijs sancti
 Patres respondent, donum corporis & sanguinis Chri-
 sti esse ineffabile & inuisibile. Modo enim Chrysos-
 tomus sententiam audiuitis. Quando poculum illud in
 manibus tenemus: glorificamus Deum, & obstupes-
 scimus

VI.

Patres scriperunt,
 corpus Christi in
 uisibile in Sacras
 menta exhiberi,

242 *Acta Concil. Oecumenici, super*

scimus ad donum illud ineffabile: quod, scilicet, ^{ad hoc} r⁸m, hoc ipsum effudit, & hoc ipsum nobis omnibus distribuit. Et noster ille heros, Augustinus, aliquoties repetit, in Eucharistia duas esse res, quarum altera sit visibilis: externa scilicet Elementa, panis & vini: altera vero inuisibilis, corpus scilicet & sanguis Domini: non quod sua natura corpus Christi sit inuisibile, aut quod in cœlo sit inuisibile, sed quod in Cœna Dominica modo inuisibili, cœlesti & incomprehensibili adsit. Ita enim inquit Augustinus: Eucharistia constat visibili Elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi corpore & sanguine. Et item: Nos in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibles, id est, carnem & sanguinem Christi horum. Huic alius antiquior accedit, qui ita scribit: Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura, & Omnipotentia Verbi, factus est caro. Et sicut in persona Christi humanitas videatur, & latebat diuinitas: ita Sacramento visibili inefabiliter diuina se infudit essentia, ut esset religione circa Sacraenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus Sacraenta sunt, sinceror pateret accessus, usque ad participationem Spiritus.

VII.

Sententiæ Patrum,
de dextera Dei,
quod non sit cer-
tus locus in cœlo.

Neque est, ut hic obijciat quispiam, sanctissimos hosce Patres, sua re cœlesti & inuisibili, Ascensionis & Sessionis Christi ad dextram virtutis Maiestatisque diuinæ fuisse oblitos: alioquin longe aliter de præsenzia eius in Cœna locuturos fuisse. Equidem omnes Patres omnium optimè nouerunt: quod sedere ad dextram Dei, non sit versari in certo loco, sed paripotentia cum Deo regnare: & ob eam causam maximè in Cœna

Basilius in opere:
de Spiritu sancto,
cap. 6.

in Coena præsto esse, seque Coena vtentibus, corpora
liter communicare posse. Et ideo agnoscunt fatentur
que, stupendum esse miraculum, quod vnum & idem
corpus Christi, in cœlo esse & simul etiam, (licet alio
modo) in terris, in omnibus illis locis, vbi Coena eius
iuxta ipsius institutionem celebratur, possit adesse.
Quia ipse dicat: Hoc est corpus meum, edite: hic est
sanguis meus, bibite. Hinc verè aureum illud os ex-
clamat. O miraculum, o Dei benignitatem, qui cum
Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo, om-
nium manibus pertractatur, ac se ipsum tradit, volen-
tibus ipsum accipere & amplecti. Fit autem nullis
præstigijs, sed apertis & circumspicientibus circum-
stantium oculis: quia scilicet c v n illis rebus, quæ vis-
dentur, simul adesse creditur, corpus & sanguis Chri-
sti. Et iterum: Christus ascendit, non tantum ad hoc ^{Idem homil.}
aspectabile cœlum, sed ad ipsum supremū thronum: ^{24.1. Cor.}
eo enim corpus illud subuexit. Hoc ipsum corpus no-
bis dedit, & amplecti & manducare: quod magnæ
charitatis est. Sed audite etiam, quomodo Chrysosto-
mus hæc explicet: Mysterium Cœnæ, inquit, tibi fe-
cit ibi terram, cœlum: subuola igitur ad portas cœli,
imo cœli cœlorum: & circumspice, & hunc videbis,
quæ dicta sunt (scilicet de Eucharistia.) Quod enim
ibi in cœlis cœlorum preciosissimum omnium
est, τὸν οὐ πι τὸ γένε δέξο κείμενον: hoc tibi ostendam
propositum esse in terra. Sicut enim in regijs, quod
augustissimum est, non sunt parietes, non teclum au-
reum, sed ipsum regium corpus, sedens in throno: Ita
& in cœlis ipsum regis CORPV S omnium augustissi-
mum est, & illud tibi nunc licet IN TERRA videre.

Chrysost lib.3. de
Sacerdotio.

244 Acta Concil. Oecumenici, super

Non enim Angelos, non Archangelos, non caelos
caelorum, sed ipsum, qui horum Dominus est, os
deinceps tibi ostendo. Animaduertis nunc, quomodo
id, quod in caelis omnium preciosissimum est, IN TERRA
non conspicaris modo, sed tangis: nec tangis mo-
do, sed & manducas, & eo accepto, domum redi-
s. Idem Chrysostomus, loquens de Helia, qui sublatus
in caelum, melotem suam Eliseo reliquit: subiungit
haec verba: Quid igitur, si vobis demonstrauero alia-
ud: quid, quod licet illo multò sit maius, omnes tas-
men, qui sacrifici mysterijs imbuti sumus, hoc recipi-
mus: Helias nempe, melotem quidem discipulo relia-
quit, Filius autem Dei ascendens, SVAM NOBIS
CARNEM dimisit: sed Helias quidem melotem exus-
tus, Christus autem CARNEM suam nobis reliquit,
& ipsam habens ascendit. Hęc ille. Ex quo factum ar-
bitror, quod veteres ac recentes Hæretici in hoc Con-
cilio causam significarunt, ob quam noster iste Chry-
sostomus tam perspicue & evidenter de praesentia
Christi in Coena suo tempore docuerit. Cum enim
temporum illorum Hæretici dogma Sacramentarium
acerrimè propugnarent: ideo Chrysostomus sua do-
ctrina Orthodoxa pedem illis opposuit. Alibi enim
dicit. Id ipsum semper offerimus, nec nunc quidem alia-
um agnum, crastino alium, sed semper id ipsum. Nec
quia in multis locis offertur, multi sunt Christi, sed vñ-
nus. Et haec doctrina non tantum in Graeca & Oriente
tali, sed etiam in Latina & Occidentali Ecclesia so-
nuit. Nam & hic noster Ambrosius Mediolani idem
docuit, cum ait: Num quia in multis locis offerunt hoc
sacrificium, multi Christi sunt: Nequaquam: sed vñus
ubique

*Idem homil. 2 ad
popul. Antiochen.*

*Idem homilia 17.
ad Hebræ.*

*Ambrosius in cap.
10. ad Hebr.*

Controuers. de S. Cœna Domini. 245

vbiqe est Christus, & hic plenus existens, & illic ple-
nus, vnum corpus. Sicut .n. qui vbiqe offertur, vnum
corpus est, & non multa: ita etiam vnum sacrificium,
quod exemplar & recordatio est eius sacrificij, quod
in cruce oblatum est. Et hanc sententiam ius quoque
Pontificium approbavit. Sed Cyrillus noster dicit,
quia λόγος incorporeus est, non esse esibilem: atqe ideo De conser. Dist. 2.
mysterium Cœnae ex carne Christi constare, cuius,
quia est corporea substantia, propria sit manducatio. Parag. in Christo
Quia verò scrupulus inde oritur, quomodo, videlicet,
caro Christi sine partitione in omnibus Cœnis possit
adesse: ideo Cyrillus hoc ipsum explicat: In quatuor Idem lib. 12. cap.
(inquit) partes vestimenta diuisa sunt, & tunica sola 32. in Ioan.
indivisa remansit, quod mysticæ cuiusdam rei signum
esse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutem re-
ductæ, indumentum verbi, id est, carnem eius impar-
tibiliter inter se partitæ sunt. In singulis enim partib-
liter transiens vniogenitus, & animam & corpus eorum
per carnem suam sanctificans, impartibiliter atque in-
tegre in omnibus est: cum vnus vbiqe sit, nullo
modo diuisus. Certè Pontificum Canones, aliquotis De conser. dist. 2.
es Augustini sententiam repetunt, his verbis: Non Parag. Qui man-
partes de illo facimus, sed manet integer & totus in
coelo, manet integer & totus in corde tuo. Bernhar-
dus etiam hic ita olim concionabatur: Vnde hæc non Bernhardus in ho-
bis pressime Domine, vt nos vermiculi, reptantes sus- mili. de Cœna Do-
per faciem terræ, nos, inquam, qui puluis & cinis su- mini.
mus, tere præsentem habere mereamur, præ mani-
bus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dexter-
am Patris: qui etiam vnius horæ momento, ab Or-
tu solis usque ad Occasum, ab Aquilone usque ad

246 Acta Concil. Oecumenici, super

Austrum, præstò est OMNIBVS, vñus in multis, idem
in diuersis locis. Vnde hoc, inquā: certe non ex debito,
nec merito nostro, sed ex voluntate tua, & dulcedo
nis tuæ beneplacito. Et mox: Gratulare (inquit) sponsa
gaude incomparabiliter: præsidentem habes, & re
ctorem sponsum in præsentis exilijs militia: pignus ha
bes: arrham tenes, quibus foeliciter sponso vniuersitatis
patria: in terra sponsum habes in Sacramento, in celo
habitura es sine velamento: & hic & ibi veritas: sed
hic palliata, ibi manifestata. Quin etiam in Patrum lit
turgijs sic orabatur: Attende Domine Iesu Christe,
Deus noster, de sancto domicilio tuo, & dethrone
gloriæ regni tui, & veni ad nos sanctificandum, qui
superius cum Patre sedes, & hic INVISIBILITER
nobiscum ades: atque dignare valida manu tua com
municare nobis impollutum corpus tuum, & vene
rabilem sanguinem, & per nos vniuerso populo. Ac
ne quis excipiat, dubitari de autoritate illarum litur
giarum: certè in priore parte prorsus eadem sunt vers
ba, quæ noster Chrysostomus alibi usurpauit. Idem
etiam sententiam posterioris partis sàpè repetiuit: ve
cum dicit, Christum ipsum, qui crucifixus est, adesse
huic suæ Cœnæ, proposita consecrare, & præbere
communicantibus suum corpus & suum sanguinem.
Cum manum, (ait Chrysostomus) videris, porrigen
tis nobis corpus Domini Sacerdotis, arbitrari nos o
portet, non Sacerdotis, sed Christi manum ad nos por
rigi, dicentis: Accipite & manducate, hoc est corpus
meum. Et Pontificum Romanensium doctissimum
scripsit: Qui licet in Patris dextera sit constitutus, in
eodem

Precatio extat
Tom. 4. Biblioth.
sanctæ Parisi. im
press. Anno 75. fol.

92.

Chrysost. in homili.
de proditione Iu
da & de Encænijs.
Homili. 57. in Matt.

Leo in Epist. ad
Anastasi.

eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, Sacra-
mentum propitiationis exequitur.

Tantum autem ab his sanctissimis Patribus abs-
fuit, negare aut præsentiam Christi in signis Cœnæ,
aut Apostolicam illam doctrinam de Christo C M N I A
implente, & V B I Q V E, Apostolis prædicantibus,
COOPERANTE, ut etiam vocabulo, V B I Q V E, sint vsl.
Modo enim Cyrilli huius Confessionem audiuitis,
dicentis: In singulos partibiliter transiens vnigenitus,
ac animam & corpus eorum sanctificans P E R C A R E
N E M I P A R T I B I L I T E R atque integr'e IN OM N I B U S E S T,
cum vnu s V B I Q V E sit, N V L L O M O D O D I V I S V S.
Et alius diligentissimorum scriptorum Græcorū imi-
tator, ait: Igitur sanctum Christi corpus indivisibile
est, & diuiditur & communicatur in quatuor partes
orbis, vniuersc'q; animam sanctificans cum corpo-
re, per carnem suam vnigenitus & integer in omnis-
bus est, existens V B I Q V E. Et hic Ambrosius: Num
quia in multis locis hoc sacrificium offertur, multi sunt
Christi? Nequaquam: sed vnu s V B I Q V E est Chris-
tus, & hic plenus, & illuc plenus existens. Et recen-
tiores scriptores, qui sobrie pieque, & in timore Domini
ni philosophati sunt, sanctissimorum Patrum verba
imitantur, ex quibus vnu s vera Ecclesiæ sententiam
ita expresit: Vbicunque san' Christus est, Christus
incarnatus est, incarnatus autem, sine corpore non
est. Et magna est fides, Christum cognoscere CORPO-
RALITER esse, vbi Sacramentaliter est. Sed maior
est, cognoscere eum absolute V B I Q V E corporaliter
esse.

VIII.

Patres senserunt,
Christum secun-
dum humanam
naturam esse
vbique.
Ephes. 4.
Marc. 16.
Cyrill. lib. 12. cap.
32. in Ioan.
Theophilact. in
Ioan.

Ambrosius in to-
cap. ad Hbr.

Jacob. Fab. Stapu-
lensis in 14. cap.
Ioan.

Hinc

248 Acta Concil. Oecumenici, super

IX.

S. Patres Christum secundum humanam naturam in terris praesentem adorant.

Nazianzen. de Gorgia forore.

Ambros. lib. 5. cap. 12. de Spiri, t. fanet.

August. in Psalm. 95. Chrysost. homil. 24. in 1. Cor.

Hinc etiam factum esse existimetis, quod hi Patres Christum Deum & hominem, immo carnem Christi non tantum in celo, sed in ipso etiam altari, vbitrabantur mysteria, adorarunt, sancteque veneratis sunt. Externa quidem elementa panis & vini eos non adorasse, ipsi iudicare potestis: sed indicare voluerunt, certò statuere Christum cum vero suo corpore et sanguine praesentem adesse, non in celo tantum, sed etiam, vbi Cœna Domini iuxta ipsius institutionem, celebratur.

X.

Quibus Aduerbis, ipsi sunt sancti Patres de Cœna Domini.

Irenæus lib. 4. cap. 34.

Tertullia. in lib. de resurrect. carnis.

Vsi sunt etiam optimi hi Patres in describenda Cœna Christi Aduerbiis his, vere, CORPORALITER, REALITER, & similibus æquipollentibus vocibus, ad ostendendum, ipsam substantiam & naturam corporis & sanguinis Christi, non figura quadam, aut typico quodam, nec sola efficacia aut virtute, sed vere adesse, exhiberi & accipi. Hilarius his formulis virtutem, vere, naturaliter, corporaliter, & per carnem. Cyrilus his: corporalis unio, participatio naturalis, non tantum spiritualiter, sed & corporaliter, secundum carnem substantialiter, reuera. Paschalius, realiter. Augustinus inuisibiliter. Irenæus & supra ingenuè fasilius est, Eucharistiam durabis rebus constare, externis scilicet, Symbolis, atque ipso corpore & sanguine Christi: & nunc iterum affirmat, CORPORA NOSTRA Hanc Eucharistiam, quæ durabis illis rebus constat, percipere. Hinc alius astipulatur, qui ait, in mandatione corporis Christi in Cœna, corpus & animam operas suas coniungere: verba eius sunt: CARO corpore & sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo saginetur. Non possunt enim separari in mercede, quas opera con-

Controuers. de S. Cœna Domini. 249

coniungit. Augustinus item, ut pafsim, ita & hic loquitur manifestissime: Nos, inquit, mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fidei corde & ore suscipimus. Eadem verba Gregorius ille, magnus Ecclesiae Doctor, repetiuit, cum inquit: Quid sit sanguis agni, iam non audiendo, sed BIBENDO didicistis, qui super utrumque postem ponitur, quando non solum ORE corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Leo Papa, huius collega, ita scripsit: Sic sacræ mensæ communicare debetis, ut nihil prorsus de VERITATE corporis & sanguinis Domini AMBIGATIS. Hoc enim ORE sumitur, quod fide creditur. Vtinam vos cacodoxi consentientes tam facile veritatem apprehendere possetis: quam facile hi Patres sancti praesentiam Christi in Symbolis Coenæ demonstrare possunt. Quid enim clarius dicunt, quoniam hoc? O quot modo dicunt, vellem formā & speciem Iesu Christi videre, vellem vestimenta ipsa, calceamenta videre: Ipsum ergo VIDES, ipsum TANGIS, ipsum COMEDIS, &c. Et iterum: Hoc factum ad mensam Domini accubueris, illa ipsa die, qua dignus habitus es CARNEM EIUS LINGVAM ATTINGERE. Et paucis interpositis: Ne igitur haec fiant, purifica DEXTERAM TVAM, LINGVAM TVAM, LABIA TVA, quæ facta sunt vestibulum, per quod aditum facit ad nos Christus. Audistu ista pessima bestia Beza, quid de oral perceptione corporis & sanguinis Christi, vniuersa sancta antiquitas senserit & scriperit. Et cur non desinis igitur blasphemare Deum: quod scorti tui, Candidæ, pudenda

August. lib. 2. contra aduersar. legis cap. 9.

Gregorius homilia Paschal. 22.

Leo I. Papa Serm. 6. de Ieiunio.

Chrysost. homil. 83. in Matth.

Idem 27. homil. in 1. ad Corint.

250 Acta Concil. Oecumenici, super
mundiora sint, quam piorum ora, qui corpus & sanguinem Christi comedunt atque bibunt?

XI.

S. Patrum sententias de corporali præsentia nullo glossemate posse cludi.

Extant præterea in horum Patrum scriptis, de substantiali præsentia, exhibitione & sumptuione corporis & sanguinis Domini, tam clara, perspicua & manifesta testimonia, ut ea vel noui, vel antiqui Sacramentarij, nullo artificio aut conficto glossemate possint eludere: nisi manifestam vim faciant & verbis & argumentis horum Patrum. Docuerunt enim constanter & sincere, Christum non tantum spiritu, seu diuinitate per fidem, sed etiam participatione illa, quæ fit in Cœna, vñiri nobis corporaliter naturaliter, & participatione naturali. Hæc enim sunt & fuerunt ipsorum verba, quæ non de modo, sed de ipsa natura, seu substantia corporis Christi intelligenda veniunt. Non enim tum defuerunt, qui Patrum manifestas sententias interpretationibus vanissimis inuoluere, atque obscurare conantur. Dicunt enim, Christum vñica tantum coalitione, spirituali scilicet, vñiri nobiscum, quæ vocetur corporalis, hoc est, vera. Sunt etiam, qui corporalem vñionem restringunt tantum ad incarnationem: quia scilicet eandem naturam, quam in nobis habemus, excepto peccato, Christus assumpsit. Alij participationem corporalem seu naturalem ita interpretationis, per consequens redundant etiam ad corpora nostra. Illi vero præ cæteris sibi mirifice placent, qui dicta Majorum hoc sophismate eludere posse videns: Ideo scilicet Christum dici naturaliter corporaliter, & participatione naturali esse in nobis, quia vita, quæ in carne eius longissimè a nobis dissita resides,

per

per canalem Spiritum in nos transfundatur: ita ut spiri-
tuales proprietates, quibus nostra natura propter pec-
catum spoliata est, ex Christi humanitate, sed longis-
simè dissita, nobis communicentur. Sed hi Patres len-
tentias suas ita perspicue proposuerunt, vt nullis ver-
borum inuolucris, nullis sophismatis locus sit. Cyril-
lus iste tres modos vniōnis nostrae cum Christo dilerunt. Cyrillus lib. ii cap.
26, in Ioan.

tē tradidit: videlicet, vniōnem vnius sancti Spiritus, participatione per fidem, qui sua gratia Spiritum nostrum reformat: & vniōnem, quae fit habitudine, affectu, & pietatis consensu, seu conformitate: & vniōnem distinctam à diuabus prioribus: cum docet, Christum non tantum spiritu & diuinitate esse in nobis, nec tantum vigore & efficacia carnis suæ, verum etiam CORPORALI SEV NATURALI participatione carnis suæ. Et ne ad solam incarnationem restringatur, expresse dixit, participationem illam fieri in Cœna Dominica. Hilarius lib. 5. &c
Trinitate.

Hilarius noster clarius eadem scribit. Distincte enim ponit hæc duo: Primum, nos esse in Christo per incarnationem: quia (ut verba eius habent) naturam nostræ carnis, excepto peccato, iam inseparabilem sibi homo natus, assumpsit. Deinde, Christum in nobis esse NATURALITER: quia ea natura, quam nobis assumpsit, se rursus nobis coniungat, participatione carnis eius in Cœna. Verba eius hæc sunt: Naturam carnis suæ, ad naturam æternitatis, sub Sacramento nobis communicandæ carnis admiscurit, & nos VERE sub mysterio carnem corporis sui sumimus. Atque ita Christus est in Patre, per naturam diuinitatis, nos in eo per corporalem eius nativitatem, ille rursus in nobis per Sacramentorum mysterium. Hæc

252 Acta Concil. Oecumenici, super
Hilarii verba de solis & nudis Symbolis, de sola effi-
catia, de sola proprietatum transfusione, de voluntatis
conformitate seu consensu, de qualitatum similitudine,
intelligi non posse, sequens illa Hilariana argu-
mentatio euidentissime ostendit. Quia enim scriptura
tradit, Patrem esse in Christo, & Christum in nobis,
Arriani inde sic colligebant: Sicut Christus est in nos-
bis, ita Pater est in Christo. Christus autem non natu-
ra, non substantia carnis suae est in nobis, sed tantum
vigore & efficacia, obsequio scilicet & consensu vo-
luntatis: Ergo & Pater est in Christo, non ipsa sub-
stantia, seu natura diuinitatis, sed tantum vigore suo &
efficacia. Hilarius ut confunderet Arrianos, probauit,
Patrem esse in Filio, non tantum per efficaciam, sed
etiam per substantiam & naturam diuinitatis. Nam
ostendit, Christum secundum carnem, non tantum
vigore & efficacia esse in nobis, sed per ipsam carnis
suæ naturam & substantiam: idque probat ex com-
municatione & participatione carnis Christi, quæ in
Cœna Dominica fit. Manifeste enim affirmat, Chris-
tum in mysterijs carnem suam, quam à nobis assum-
psit, nobis rursus communicare, & nos carnem illam
manducando & hauriendo REVERA sumere: Atque
ita non naturaliter tantum esse in Christo, per ipsius
incarnationem, sed et Christum esse naturaliter in no-
bis, per communicationem & participationem carnis
suæ in Cœna. Quod si more Arrianorum fingamus,
hac communicatione, Christum non ipsa substantia
seu natura carnis suae in nobis esse, sed tantum carnis
suæ vigore & efficacia in nobis consistere, certe Hilari-
us Arrianos non modo non refutauit, sed heres in etiâ
ipsorum

ipsorum confirmavit, & hostibus Christi arma submis-
nistravit. Aperte autem seipsum declarat, cum di-
cit Hilarius: Quomodo Christus per Patrem viuit: eo
dem modo, & nos per carnem eius viuemus. Et signis
ficanter addit: Si ergo nos naturaliter secundum car-
nem per eum viuimus, id est, naturam carnis eius ad-
epti sumus, quomodo non naturaliter secundum spi-
ritum in se Patrem habeat, cum viuat ipse per Patrem.
Dixit etiam: Christum in nobis carnalibus, per car-
nem manentem habemus, hoc est, non tantum in ani-
ma per Spiritum, verum etiam in corpore nostro, per
carnem suam manet. Sed ad Cyrillum nostrum re-
deo, qui alibi tradidit, spiritualem nostram coniun-
ctionem cum Christo, duobus modis fieri. 1. Fide, per
Spiritum, seu diuinam naturam: & charitate, hoc est,
efficacia. Idem etiam magna asseueratione confirmat,
esse nobis præterea aliâ rationem coniunctionis cum
Christo, secundum carnem scilicet. Idem refutanda
sibi sumit Arriani cuiusdam verba eiusmodi: Non ca- In cap. 15. Ioan.
ro Christi, sed Deitas, vitis nuncupatur, quia corpora
nostra non dependent à carne Christi, vt palmites à
vite. Deitas ergo filij vitis est, vnde per fidem pende-
mus. Respondet Cyrilus: Quoniam arbitratur fide
tantum ac dilectione, non carne nos Christo coniun-
gi, ostendimus, peruersè ab eo sacrarum literarum sen-
sum exponi: non tamen negamus, fide & charitate,
nos Christo spiritualiter coniungi. Sed nullam nobis
coniunctionis rationem, secundum carnem cum illo Idem lib. 10. cap.
13. in Ioannem.
esse, id vero per negamus. Illam autem coniunctionis
rationem, ita explicat Cyrilus. Mystica igitur bene-
dictio in nobis γινοφείται, hoc est, quando omnes de-

vno pane illo participamus , corporaliter quoque facit Christum , communicatione carnis sua habitare in nobis. Et tandem his verbis concludit. Vnde considerandum est , non habitudine solum , quae per charitatem intelligitur , Christum in nobis esse , verum etiam participatione naturali. Si quis autem contendat , Cyrillum per haec vocabula , intelligere spiritualem tantum divinitatis inhabitationem , vel quae in sola effigie consistat , is eundem verborum suorum certissimum interpretem est habiturus. Inquit enim eodem loco: Sicut , si quis liquefactam ceram , alijs cerae liquefactae , ita miscuerit , ut vnum quid ex utrisque factum videatur : Sic communicatione corporis & sanguinis

Cyrius lib. 11. cap. 27. in Ioan.

Christi , ipse in nobis est , & nos in ipso. Alibi clarius. Christus , inquit , spiritualiter nobis , ut Deus , divinitate naturae participatione & spiritus gratiae , hoc est , efficacia , vnitur : CORPORALITER vero , per benedictionem mysticam nobis , ut HOMO , vnitur. Et iterum:

Ibidem cap. 16.

Vni Christo per corpus suum coniuncti in nobis , spiritum accipimus. Et haec est corporalis vnio ad Christum , quae participatione carnis eius acquiritur : cuius unctionis vinculum Christus est , qui Deus simul & homo est. Spiritualis vero vnio est , qua Spiritu sancto accepto , & inter nos quodammodo , & cum Deo vni-

Chrysost. in Matt. hom. 85.

In Ioan. hom. 45.

Ad Antiochen. 60. & 61.

mur. Magnus ille noster Chrysostomus , multus est in hoc argumento tractando : passim enim triplicem nostri unctionem docuit . 1. Fide per Spiritum . 2. Charitate , quae cum reliquis donis est opus efficacitatis dicitur & conformitatis : Præterea vero contendit , aliam quod , scilicet , non spiritu tantum & efficacia , sed reuera ipsius

et ipsius carni seu corpori vniāmūr: vt ita nos cum eo,
 quasi in vnam massam traducamur, per escam illam,
 quam ille nobis in Cœna largitur, dicens: Hoc est cor-
 pus meum. Non autem ita largitur se nobis, vt caro
 Christi a nobis toto cœlo distet & disiuncta sit, sed vt
 nos corpus ipsius manducantes, ipsum totum in no-
 bis habeamus. Sed præstat ipsum audire Chrysostos
 munificē dicentem: Vigilans est, non enim paruum
 supplicium indignè communicantes expectat. Cogita-
 ta, quanta indignatione aduersus proditionem, aduer-
 sus eos, qui crucifixerunt ipsum, mouearis. Et caue,
 ne tu quoque corporis & sanguinis Christi reus effi-
 ciaris: Illi acerbissimè trucidarunt, tu post tot tantaque
 beneficia, sordida suscipis omnia. Non enim sufficit
 ipsi, hominem fieri, flagellis cædi, sed nos secum in v-
 nam, vt ita dicam, massam reducit, NE QVE ID FIDE
 SOLV M, SED REIPSA NOS CORPVS SVVM
 EFFICIT. Quia igitur re mundiorem esse non oportet
 eum, qui hoc sacrificio participatus est; Quos ra-
 dios solares non deberet excedere manus illa, quæ
 hanc coronam pertractat? Os, quod igne impletur
 spirituali, lingua, quæ cruentatur hoc admirabilis san-
 guine; Veniet in mentem tibi, quo sis honore hono-
 ratus, quæ mensa fruaris. Ea namque re nos alimur,
 quam Angeli videntes tremunt, nec absque pauore,
 propter fulgorem, qui inde resilit, aspicere possunt, &
 nos in vnam cum illo massam reducimur, Christi cor-
 pus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias Do-
 mini? Auditæ faciet omnes laudes eius? Quis pastor
 vñquam membris suis, oues suas nutriuit. Multæ ma-
 tres post partum, alijs nutritibus infantes dederunt,
 quod

Idem in 26. cap.
Matth. homil. 33.

256 *Acta Concil. Oecumenici, super*

quod ipse facere noluit: sed proprio corpore
nos alit, et sibi conivngit atque
conglutinat. Consideremus autem, inquit,
licet aperte ad omnes pertineat. Nam si ad naturam
nostram descendit, patet, quoniam ad omnes: quod si
ad omnes, & ad vnumquemque profecto. Sed cur
non omnes lucrum inde consecuti sunt, inquit? Id
certe non illius causa, qui maximè hoc optat, accidit:
sed eorum culpa, qui ipsum suscipere nolunt. Singulis
enim fidelibus per hoc mysterium se coniungit, &
quos peperit, non alijs nutriendos tradit, sed ipse flui-
dissimè alit. Hac etiam re tibi persuadeas, carnem
illam tuum assumplisse. Tanta igitur charitate atque
honore affecti, non torpeamus. An non videtis, quan-
ta infantes animi alacritate mamillas accipiunt?
pressione insigunt papillis labia? At non minore cu-
piditate, nos quoque ad hanc mensam, & ad huius ca-
licis spiritualem accedamus papillam: immo maiori des-
siderio, quasi lactentes pueri gratiam spiritus sugar-
mus. Vnus sit nobis dolor, vna mœstitia, si hoc ali-
mento spirituali priuemur. Non sunt humanæ virtus
tis hæc opera, quæ tunc in illa Cœna conficit: ipse nunc
quoque operatur, ipse perficit, ministrorum nos ordi-
nem tenemus. Obsecro obtestorque vos, quotquot in
hoc confessu adeatis: an hæc Chrysostomi verba non
sint luculenta? An non euident hoc est veritatis testi-
monium? Etsi enim similitudines de cera & massa,
non prorsus idem sint cum hac coniunctione: ostendit
arctissimam, quæ propterea vocatur naturalis & cor-
poralis, licet non fiat modo corporeo & naturali. Hæc
enim

enim unio supernaturalis & coelestis est, ubi non est ratio vel continui vel contigui, vel permixtionis, sed est incomprehensibilis: quam tamen Patres credunt, quia verba Testamenti clare eam tradunt: Accipite, manducate, hoc est corpus meum.

Cum autem veteratores veterissimi, Valentinus &

& Marcion, cum toto suo sodalicio, non tantum impie disputarent, sed obstinate etiam assererent, solam animam capacem esse vitæ æternæ: carnem vero humanam, natura seu substantia sua malam, & à malo principio orram: vel certe ita vilem & abiectam, ut non sit capax regenerationis, incorruptibilitatis, salutis & vitæ æternæ, sed in nihilum sitabitura: idcirco sancti Patres sic statuerunt, hunc errorem, tam tenetum, tamque horribilem, certius meliusque confutari non posse, quam ex doctrina de participatione corporis & sanguinis Christi naturali vel corporali: sicut hoc ipsum ipsum Hæretici, iam ante dissimulare non potuerunt. Animaduertite autem vos consentientes, quod Irenæus fundamentum suæ doctrinæ, non idem quod vos, ponit: Corpora, scilicet, nostra percipere tantum externa Symbola corporis Christi: & solam animam percipere corpus Christi: ex anima vero postea virtutem etiam redundare ad corpus nostrum. Ita enim Irenæus argumentatur. Quemadmodum, Irenæus lib. 4. cap. 34.

qui est à terra panis, percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus constans rebus, terrena & cœlesti: Sic & corpora nostra, percipientia Eucharistiam, quæ, scilicet, duabus illsi rebus constat, iā non sunt corruptibilia, sed spem resurrectionis habentia. Et iterum: Calicem, qui est crea-

258 *Acta Concil. Oecumenici, super*

tura, sanguinem suum testatus est: & panem, qui est
creatura, suum corpus confirmauit, ex quo nostra au-
get corpora. Quando ergo & mixtus calix, & fractus
panis accipit verbum Dei, fit Eucharistia corporis &
sanguinis Christi, ex quibus augetur & consistit nos-
stræ carnis substantia. Quomodo negant carnem cas-
pacem esse donationis Dei, quæ est vita æterna? quæ
& sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum
eius fit: sicut Apostolus ait: Quoniam membra sumus
corporis eius, de carne eius & ossibus eius: non de spissis
rituali aliquo & inuisibili hominē dicens hæc: spiritus
enim neque carnem neque ossa habet: sed de ea dispo-
sitione, quæ est secundum hominem, quæ ex carnis
bus & neruis consistit, quæ de calice, qui est sanguis
eius, nutritur, & de pane qui est corpus eius, augetur.
Hæc Irenæus ideo affirmauit fieri, quia Eucharistia,
constat duabus rebus, externis scilicet Symbolis, &
ipso corpore & sanguine Christi: & quia corpora per-
cipiunt, non unam tantum Eucharistiæ partem, sed illa-
lam Eucharistiam, quæ constat duabus rebus. Locutus
est autem noster hic Irenæus, non de naturali & cor-
poreo nutrimento, & augmento, ad hanc vitam per
concoctionem cibi & mutationem eius, in nostri cor-
poris substantiam: sed loquitur de consistentia, nutri-
mento & augmento regenerationis, incorruptionibili-
tis, salutis, & vita æternæ, non anima tantum: sed ipsius
us nostræ carnis, quæ per hanc participationem corpo-
ris & sanguinis Dei, à sua imbecillitate reuocata, ad illa-
lus proprietatem, hoc est, ad vitam æternam reforma-
& ad incorruptionem deducitur, & quæ ad vitam
Quid
Cyrillus lib. 3. cap.
36. & 37.

Quin imo mystica illa benedictio (ita enim Eucharis Et lib. 9. cap. 14.
 istiam appellat) totum hominem, in seipsum attrahit, &
 gratia sua replet: sicut parum fermenti totam massam
 fermentat. Hoc idem vult etiam Augustinus: Cibus August. lib. 7. cap.
 ego sum grandium, non tu me mutabis in te, sicut cibis 10. Confession.

buti carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Alius item
 ex nostro gregre. Non (inquit) aliud agit participatio
 corporis & sanguinis Domini, qu' am vt in id, quod su-
 mimus, transearnus. Ex quibus omnibus à me com-
 memoratis par est intelligi, vnigeniti proprietatem,
 hoc est, vitam in nos ingredi, & in nobis permanere,
 per illam naturam, qua frater noster, & consubstantia-
 lis nobis est, per sanctissimum scilicet corpus, & san-
 guinem suum. Evidem Cyrilli nostri sententiae val- Cytillus lib. 3. cap.
 de sunt perspicuae: vt recipientes (inquit ille) corpus 36. in Ioannem.
 & sanguinem Domini, hoc modo ipse in nobis, & Lib. 4. cap. 17.
 nos in ipso inueniamur: & ipsum largitorem immor- Lib. 4. cap. 14.
 talitatis in nobis habeamus; atque ita vitam in nobis
 habeamus, illi carni coniuncti, quæ viuifica effecta
 est. Scio, quid nunc vestris animis obrepat, viri Di-
 phosophistæ. Nam ubi has tam manifestas Patrum
 sententias auditis, excipere soletis, quod sola anima fi-
 de recipiat corpus & sanguinem Domini: & quod po-
 stea ex animo vigor redundet ad corpus nostrum. At
 Orthodoxi Patres, sicut modo demonstrauimus, clar'e
 docent, corpus & sanguinem Christi, non tantum ore
 cordis seu animæ, verum etiam ore corporis accipi. Ita
 enim Cyrus de hac re loquitur: Oportuit certe (ait) Lib. 4. cap. 14.
 vt non solum anima per Spiritum sanctum in beatam
 vitam ascenderet, verum etiam vt rude atque terre-
 stre hoc corpus, cognato sibi gustu, tactu & cibo ad

260 Acta Concil. Oecumenici, super

immortalitatem reduceretur. At hoc Cyrilli de pane
& vino non potest intelligi, cum sit proprium carnis
Christi vivificæ. Omnium vero euidentissime, Ter-
tullianus ille noster, veterum sententiam contra illos,
qui carnis salutem negabant, differint: Quod, scilicet,
caro sit ministra seu famula animæ, hoc est, quasi me-
dium, cuius ministerio, (sicut Cyprianus loquitur)
ipsa anima ad communionem Dei ducatur, & salu-
tis particeps fiat. Verba Tertulliani supra ipsimet He-
retici recensuerunt, eamque ob rem, nos eadem repe-
tere, non opus esse existimamus.

XIII.

S. Patres ex corpo-
rali participatione
præsentis corporis
Christi resurrectionis
nem nostræ carnis
confirmasse.

Esa. 59.
Ephes. 4.
Deut. 4.
Iocel. 2.

Cyrillus lib. II. cap.
27. in Ioannem.

Chrysostom. 24.
in 1. ad Cor.

Cæterum hæc, quæ hactenus in medium attulisse-
mus, Patres neque ociosè disputarunt, neque scrupu-
losè rimati sunt: sed inde & salutem carnis credentis-
um, atque resurrectionis probarunt, & dulcissimas
consolationes sumplerunt. Cum enim humana natura,
propter peccatum à diuinitate, quæ est fons vita,
esset diuisa & abalienata, ita ut diuina maiestas, si
absque medio agat, cum humana nostra natura, sit sic
cut ignis incidens in stipulam: idcirco Filius Dei nos-
stram assumpsit naturam, sine peccato, & illam pris-
mum in sua persona ita sanctificauit, ut non tantum
viventerem, sed vivificam illam redderet: postea per il-
lam naturam, qua frater noster, & nobis consubstan-
tialis est, se arctissime nobis coniungit, ut ita reducas-
mur ad unionem Dei Patris, & ad fontem vitae. Ne-
xus enim unionis nostræ ad Dominum Christus, no-
bis quidem, ut homo, per mysticam benedictionem:
Deo autem Patri, ut Deus naturaliter, unitus. Alius ve-
ro addit: Quia prior natura carnis, peccato corrup-
ta amissa vita, morti subiecta fuit, ideo Christus alteram
vitam

vt ita dicam, massam introduxit, suam propriam scilicet carnem, quæ natura quidem eadem est cum nostra, sed à peccato libera, & vitae plena. Et hanc communicat omnibus, vt ea nutriti, priorem mortuam desponamus, & ad vitam immortalem per hanc mensam refringamur. Quæ omnia breuiter ego percensere vogui, vt eò clarius conspiciatur, & diligentius consideretur, quām multiplices doctrinas, omni consolatione plenas, hi Patres ex propria & nativa institutionis sententia, de vera & substanciali presentia, exhibitione & sumptione corporis ac sanguinis Domini in Cœna hauserint, arripuerint, expresserint: quæ omnes è medio tollerentur, nobisque eriperentur, si Patres finxisserent, substantiam corporis & sanguinis Christi, à Cœna & omnibus Ecclesiæ membris immenso interuallo, longius, quām cœlum à terra distat, remota & disiuncta esse, & corpora nostra tantum panem & vīnum in Eucharistia percipere.

Quoties autem hi optimi Patres, etiam de indignorum manducatione verba fecerunt, quām obsero manifeste locuti sunt: quām aperte suam sententiam declararunt: Augustinus contra pessimos cum veteres, tum recentes Hæreticos, ita scripsit: Indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, NIHIL ACCEPERIT. Corpus enim Domini & sanguis Domini NIHIL MINUS ERAT, etiam ihs, quibus dicebat Apostolus: qui manducat inde dignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non enim interest, cum de Sacramenti integritate queritur & sanctitate, quali fide imbutus sit ille, qui Sacramentum ac-

X I I I .

S. Patres manducationem impiorum aperte assertuisse.

August. contra Do-
natist. lib. 5. cap. 8.

Ibid. lib. 3. cap. 4.

262 Acta Concil. Oecumenici, super

cipit. Interest quidem plurimum, ad salutis viam, sed
ad Sacramenti questionem nihil interest. Hinc & alii
us dixit. Apostolus contumacibus & pertinacibus
denunciat dicens: Quicunque ederit panem, aut bibet
sanguinem Domini indignè, reus erit corporis &
sanguinis Domini. Spretis tamen his omnibus atque
contemptis, vis infertur corpori eius & sanguini, plus
modo in Dominum manibus atque ORE delinquunt,
quam cum Dominum negauerunt. Et quid pluribus

Origenes in Psalm. 37. & homil. 5 in dis-
uers. Basil. de Bas-
ptif. cap. vlt. & Res-
gula 172. Ambros.
in II. cap. I. ad Cor.
Chrysost. homil. 3.
ad Ephes. August.
cont. Petilia. lib. 2.
cap. 47. Collat. con-
tra Donatist. cap. 6.
sermon. 11. de ver-
bo Domini. Cont.
Fulgent. lib. 9. Psal.
10. & Epist. 163.
Theodoret. in cap.
11. Cor. Chrysost.
homil. 83. in Matth.
& cap. 11. Corin.
non lucere.

nulla circuitione vni, ingenuè confessi sint, indignos
in vsu Coenæ Dominicæ & MANIBVS ET ORE sus-
tine non tantum externa Elementa panis & vini, sed
etiam corpus & sanguinem Christi, cuius rei sunt.
corpus & sanguinem Christi, qui tanto consensu dos-
cuerunt, mensam Domini utriusque, & Iude & Petro,
V N A M F V I S S E , sed non ad unum utriusque valuisse:
& de ipso pane & de ipsa Dominicâ manu & Iudam
partem, & Petrum partem accepisse? An non haec lu-
ce meridiana clariora sunt? Et tamen sunt homines,
qui Mundo persuadere conantur, Solem in meridi-

XV.

Porro in hac doctrina fidei de Coena, p̄issima an-
S. Patres in verbis tiquitas, ea simplicitate acquieuit, vt nec sensus, nec
institutionis
τὸ ἀκτόν
virgent.

rationem, nec naturæ ordinem, nec Religionem Chri-
stianæ plerunq; inimicam Philosophiam Iudæorum,
Ethnicorum, Hereticorum, aut Muhamedis blasphem-
ia deliria in consilium adhiberet; sed simpliciter insi-
steret verbis illis Christi, quibus ille in postrema Co-
na, deinde repetenda ad dexteram Patris residens, de
pane

pane pronunciat: Hoc est corpus meum: & de vino:
hic est sanguis meus. Atque hæc veræ à me dici testas-
tur Cyprianus, inquiens. Inter conuiuas Dominicæ
mensæ animalis homo non recipitur. Quicquid ca-
ro & sanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur, nihil sa-
pit, nihil prodest, quicquid humana subtilitas molitur.
Omne quicquid a suis rationibus deuium videtur, fa-
pientes huius seculi ad dementiam referunt, & a veri-
tate reputant alienum, sed VERITAS AB ERRO-
NEIS HOMINIBVS COMPREHENDI NON PO-
TVIT. Idem hoc dicit Epiphanius. Videmus, quod
Seruator in manus accepit, & vbi gratias egisset, dixit: Epiphanius in An-
corato.
Hoc meum est, & hoc & hoc: & videmus, quod non
æquale est, nec simile, non corporeæ imagini, non in-
visibili Deitati, nec lineamentis membrorum. Hoc
enim est rotundæ figuræ, & expers sensus, quantum
ad potentiam, & voluit per gratiam dicere: Hoc me-
um est, & hoc & hoc: & nemo non fidem habet ser-
moni. Qui enim non credit ipsum veracem esse, sicut
dixit, IS EXCIDIT A' GRATIA ET SALVTE.
Quod autem audiuimus, id credimus: qu'od sit ipsius
CORPVS ET SANGVIS. Huic subscribit etiam os
nostrum aureum. Credamus vbiique Deo, neque con-
tradicamus ei, etiam si sensu & cogitationi nostræ vi-
deatur absurdum esse, quod dicit, superetque & sen-
sum & rationem nostram verbum ipsius, quod in om-
nibus & præcipue in mysterijs faciamus, non illa so-
lummodo, quæ pro oculis posita sunt, aspicientes, sed
verba eius quoque tenentes. NAM VERBIS EIVS
DEFRAUDARI NON POSSVMVS, SE NSVS V E-
RO NOSTER DECEPTV. FACILIMVS E ST.
Chrysostomus in
83. in Matthæ.

Quos

264 *Acta Concil. Oecumenici, super*

Quoniam ergo ille dixit : Hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus. Omnia vero optimè de hac re locutus est noster Cyrillus, qui & suorum temporum Sacramentarios, nostrosque etiam omnes, a Carolstadio & Cinglio, usq; ad Sturmium & Danas, um viventes & mortuos tam graphicè depinxit, ut nullus Apelles id melius praestare potuerit. Itaenam

Omnis Sacra mentis inquit : ANIMVS ARROGANS ET MALIGNVS,
 tarij à Cyrillo graphicè & venustè
 depicti.
 QVÆCVNQVE CAPTVM BIVS SVPERANT,
 TANQVAM FRIVOLA AVT FALSA MOX RBT,
 IICIT. Oportuisset sanè discipulos, qui diuinam Salvatoris potestatem, tot miraculis perceperant, eius seti moni credere, & si quæ difficultia videbantur, humiliter inquirere & petere eorū elucidationem. At contraria deo non sine magna impietate clamant: QVOMODO hic potest nobis suam carnem dare? Nec in mentem venit, nihil esse impossibile apud Dominum. Sed nos magnum quæso expecatis aliorum profectum faciamus, ET FIRMAN FIDEM MYSTERIIS ADHIBENTES, nunquam in tam subliminibus rebus, illud QVOMODO AVT COGITBIVS, AVT PROFERAMVS. Iudaicum enim hoc verbum est, ET EXTREMI SVPLICII CAVSAS. Aliorum igitur culpa non queramus QVOMODO, sed operis sui viam & scientiam illi soli concedamus. Nam quemadmodum, quamvis nullus nouis quidnam secundum naturam sit Deus, iustificatur rasmen per fidem; sic et si operum eius rationem ignoremus, non contemnenda probitatis

Controuers. de S. Cœna Domini. 265

huius præmia consequitur. Qui enim sapientia & virtute adeo excellit, quomodo non operabitur ita miraculose, ut operum eius ratio mentem nostram effugiat? Non ne vides, etiam humano ingenio & industria facta, se penumero captum nostrum superare? QVOS
MODO IGITVR AETERNO SVPLICIO DIGNIS
NON ERVNT. QVI RERVM OMNIVM OPIFIS
CEM DOMINVM, ITA CONTEMVNNT, VT QY OS
MODO IN OPERIBVS EIVS DICERE AVDEANT?
QY EM Tamen totius sapientiae lar
gitorem non ignorant, quem omnia posse, ipsa nos docet Scriptura. Hæc Cyrillus. Sed audiamus etiam Ambrosij sententiam, qui ait: In hac disputatione, Ambros. de his qui initiantur ministres suis. QVOD ET QVOMODO panis Cœna sit corpus Christi, non est querendus naturæ ordo: cum idem illud corpus, non iuxta naturæ ordinem, sed ex Spiritu sancto conceptum, & ex virgine natum sit. Hæc Patrum pia simplicitas Deo semper grata & probata fuit: sicut impia & temeraria curiositas ab eodem fuit reprobata & condemnata.

Verum enim uero, etiam hoc necessè esse iudicarunt sancti Patres, ut huic veræ Orthodoxæ & Catholicæ Confessioni de Cœna Domini, etiam perspicua quorundam vocabulorum adderetur declaratio: quibus illi in hoc negocio vtuntur: qualia sunt, signum, figura, Symbolum, Typus, Antitypus, & similia. Non enim ignorant, multos esse Sacramentarios, qui non tantum propter hæc vocabula sibi in suo dogmate misericordie placeant, sed etiam imperitæ multitudini egressione imponant, quasi erudita antiquitas his vocibus ostendere voluerit, se nunquam credidisse præsentiam

XVI.

266 Acta Concil. Oecumenici, super

corporis & sanguinis in Coena, sed tantum nuda signa
absentis, & longissime dissiti corporis statuisse. Sed
manifestam illis fieri iniuriam ex suprà dictis patuit,
vbi demonstratum est, Orthodoxis Patribus nunquā,
ne per sominum quidem in mentem venisse, Chris-
tum tam procul à signis Coenæ abesse, quām procul
cœlum à terra distet. Nam cum duo essent genera ho-
minum, quibus cum illi de Coena Domini dispe-
rendo agebant: ideo factum est, ut non uno & eodem
modo semper de Coena Domini loquerentur. Quip-
pe antiquissimi Hæretici, posteri Simonis Magi, ne-
gabant in Eucharistia esse corpus & sanguinem Dñi:
eos vere, ut Patres confutarent, docebant, Eucharistiā
durabus rebus constare, visibili & inuisibili, terrena &
coelesti, pane & corpore, vino & sanguine. Dum au-
tem pro causæ veritate hoc obtainere contendunt, &
de præsentia, exhibitione & sumptione naturali, cor-
porali & orali participatione corporis Christi in Cœ-
na, tam clare & magnifice concionantur, vt Elementa
orum quasi obliti, vix aliquid de pane & vino agno-
uisse videantur. Aliud hominum genus fuit æquè ac
Simonianum istud peruersum, qui Patrum dictis, pro-
tubendo transubstantiationis portentoso dogmate ab-
utebantur. His ergo pīj doctores opposuerunt has ap-
pellationes, Symbolū, figura, typus: non vt tollerent
veram præsentiam, sed vt testarentur, se sine transub-
stantiatione agnoscerē in Eucharistia duas res, Ele-
menta panis et vini, deinde corpus et sanguinem Chri-
sti. Et cūm appellationibus istis signorum & figura-
rum vtuntur, manifestum est, illos tantum de una pa-
te Eucharistia fuisse locutos, de externo & visibili

Ignatius in Epist.
ad Smirnen. Theo-
doret. Dial. 2. Po-
lymorph. Irenæus
lib. 4. cap. 34.

Elemento seu signo vel Symbolo, quod est panis & vinum, non autem de Sacramento. Hoc verissimum esse omnes sancti testantur, nec dissimile ostendi usquam potest. Patres etiam ipsis, ut Haeretici omnium temporum confutarentur, rationem appellationum signorum explicant. Hinc Augustinus: Signacula rerum diuinarum sunt visibilia, sed res inuisibiles in eis honorantur. Et alibi hanc sententiam repetit: In specie panis (inquit) & vini, quam videmus, res inuisibiles, hoc est, carnem & sanguinem honoramus. Idem disputat contra quendam Haereticum: panem ita esse signum corporis Christi, sicut sanguis est signum animae, quia, scilicet, anima carnis est in sanguine: falsum autem est sanguinem tum primum dici animam, quando anima seu vita ab eo separata est. Bessarion Patriarcha Constantinopolitanus, qui claruit Anno, &c. 1473. citat hanc sententiam Augustini: Christi (inquit) corpus & veritas & figura est. Veritas quidem, in quantum virtute Spiritus sancti ex substantia panis & vini corpus efficitur: figura vero est illud, quod exterioribus sensibus subiacet. Ibidem citat Hilarij Diaconi Rom. cuius mentionem Hieronymus facit, hanc sententiam. Corpus Christi, quo in altari participamus, figura est, quatenus panis & vinum exterioribus apparent sensibus. Veritas autem est, quatenus corpus & sanguis in veritate cordis creditur.

Quum autem sanctorum Patrum haud degeneres XVII.

res filij Orthodoxi animaduerterent, dubitationem de praesentia & mandatione veri corporis & sanguinis Christi oriri in Cœna, non recte intellectis vocabulis, a Maioribus ipsorum usurpati, ut typorum & figurarum,

August. de Catechis, rudibus.

Idem cap. 12. cons. Adimant.

Deut. cap. 12.
Leuit. 17.

Bessarion in libello de Eucharistia.

268 Acta Concil. Oecumenici, super

Euthim. in Panoplia Orthodox. fid. Damasc. lib. 4. cap. 14. de fide Orthodoxa.

Theophilact. in 16. cap. Matth. & 14. Marc.

rum, eam illam ipsam ob causam repudiarunt: ut ex Euthimio Monacho Zygatino, Damasceno & Theophilacto manifeste constat. Verba Damasceni sunt hec. Non est typus panis & vinum, corporis & sanguinis Christi, sed ipsum corpus Domini Deificatum seu glorificatum, seu naturae diuinæ unitum, dicente Domino: Hoc est, non typus corporis & sanguinis, sed corpus & sanguis. Alius: Non dixit Christus, hoc est Symbolum, sed hoc est corpus meum, demonstratiue, ne quis putet, ea quæ cernuntur, typum esse. Et iterum: Hoc est corpus meum, hoc, inquam, quod sumit. Non enim figura tantum & exemplar quedam Dominici corporis panis est, &c.

XVIII.

S. S. Patres typos veteris Testamenti & Sacrae Coenæ ac curatè distinxisse.

Cyprianus in sermone de Coena Domini,

Tantum igitur absuit, ut sanctissimi Patres hisce vocabulis, figura, typus, & id genus alijs, praesentiam Christi negare voluerint, vt potius disertè atque accusatè distinxerint inter ea, quæ in veteri Testamento figuræ fuerunt futuri & absentis corporis Christi, & inter Eucharistiam, rei præsentis Symbolum. Inter Sacramentales epulas (ait unus) obviauerunt instituta antiqua & noua, et consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, Magister inconsuibilem cibum apponit discipulis: immortalitatis datur almonia, à communibus cibis differens, corporalis substantia retinens speciem: sed virtutis diuinæ inuisibili efficientia, probans adesse præsentiam. Significata olim à tempore Melchizedech prodeunt Sacraenta, mandauauerunt de eodem pane secundum formam visibilis, sed ante illa verba cibus ille communis, tantummodo nutriendo corpori commodus erat. Sed postquam à Domino dictum est: Hoc est corpus meum, hoc

um, hoc facite in mei commemorationem. Quoties-
cunque his verbis & hac fide actum est, panis iste su-
per substancialis, ad totius hominis vitam salutem pro-
ficit, medicamentum & holocaustum ad sanandas in-
firmitates, & purgandas iniquitates existens. Et Am-
broſius noster loquens de Eucharistia, instituit colla-
tionem inter illam & inter Manna. Considera, inz-
quit, uter præstantior sit panis Angelorum, an caro
Christi, quæ utique est corpus vitæ. Ac tandem con-
cludit: Potior itaque est lux quam umbra, veritas quam
figura, corpus autoris, quam Manna e cœlo. Alius
de Eucharistia loquens, inquit. Tantum interest inter
panes propositionis & corpus Christi, quantum inter
umbram & corpora, inter imaginem & veritatem, in-
ter exemplaria futurorum, & inter ea, quæ per exem-
plaria figurabantur. Cyrillus. Panes (inquit) propos-
itionis, sanctissimum Christi corpus, quo ad vitam
omnes aluntur, prorsus significat. Augustinus. Man-
na typus est esse spiritualis, quæ resurrectionis Domini
ni veritas facta est, in Eucharistiae mysterio. Ambros
ius iterum. Manna & aqua è petra vocantur SPIRITUS
TVALIA, quia HABVERVNT IN SE FIGVRAM
futuri mysterij, quod nunc nos sumimus in commen-
tatione Christi Domini. Theodoreetus vocat pa-
nem, Symbolum & signum, sed ita, ut sicut persona
Christi constat diuina & humana natura: Ita Eucha-
ristia constet pane & corpore Christi. Nequaquam
autem intellexit Symbolum corporis absentis. Et
in 1. ad Corinth. Conferens agnum paschalem & Eu-
charistiam, dicit hanc esse typi illius archetypum. Chrysostomus
noster, conferens sanguinem agni & san-
guinem.

Ambros. de his quæ
initiant. myster.
cap. 9.

Hieronym. ad Tit.
cap. 1.

Cyrill. lib. 4. cap.
28. in Ioan.
August. lib. quæst.
Vet. & Non Testam.
quæst. 95.

Ambros. in cap. 10.
1. ad Cor.

Theodoreetus. Dialeg.
1. & 2.

Chrysostomus. in 6. cap.
Ioan.

L. 3. guinem.

270 Acta Concil. Oecumenici, super
guinem Eucharistiae, inquit: Quod si eius figura tan-
tam habuit vim in Aegypto, longe magis veritas. Hic
sanguis in figura peccata purgabat, sanctum sanctorum
mundabat, in qua figura, si tantum habuit vim, si umbrā
ita mors horruit, quantoper quæso ipsam formidabit
veritatem? Utinam igitur, qui in Ecclesia Filii Dei tam
atrox scandalum: & horribilem perturbationem suis
typis & figuris præbuerunt, Patrum mentem paulo
melius cognouissent.

XIX.

S.S. Patribus voca-
bula Typus, figu-
ra, Symbola, idem
significare, quod
Mysterium.

1. Cor. 2. & 4.

Chrysostom. hom. 87.
in Matth.

August., ad Neo-
phyt.

Quod enim sancti Patres de Symbolis, typis &
figuris prolixè concionantur, hoc idem de mysteriis
de Sacramenti, de mysticæ benedictionis, cibique mys-
ticæ appellationibus intelligi volunt. Baptismus quis
dem & Coenam Domini frequentius (sicut interdum
etiam alia religionis nostræ abstrusiora) vocârunt mys-
teria & mystica. Quamobrem? utrum causa absen-
tiæ, quod res ipsas abesse à signis statuerint? Minime
omnium: sed quod crederent, mysticas res ratione
humana non intelligi, neque sensibus comprehendendi,
sed longe supra & extra conspectum sensuum & ra-
tionis esse posita, & fide ex solo verbo Dei intelligen-
da & disjadicanda. Ita Paulus inquit: Loquimur sapientiam
Dei in mysterio: & sumus dispensatores mys-
teriorum Dei. Sic etiam Chrysostomus loquitur:
In mysterijs Baptismi & Coenæ Domini, non ea tan-
tum, quæ sensibus subiacent, aspicienda esse, sed pra-
cipue reddenda esse ea, quæ verbo traduntur ibi ad se-
sse & donari, licet sensibus & rationi absurdâ videan-
tur, supererentque sensum & rationem nostram. Et Au-
gustinus. Hoc quod videtis in altari Dei, etiam trans-
acta nocte vidistis, sed quid esset, quid sibi velit, quam
mas

magnæ rei Sacramentū contineret, nondum audistis,
 Quod ergo vidistis, panis est & calix, quod vobis eti-
 am oculi vestri renunciant: quod autem fides vestra
 postulat instruenda, panis est corpus Christi, vinum
 est sanguis. Idem reddens rationem: quare appellat
 Sacramentum Baptismi, inquit, quia aqua cernitur,
 sed qui non videtur Spiritus operatur. Et Chrysostos Chrysost. in 11. cap.
1. ad Cor.
 mus vocat tremenda mysteria non propter significa-
 tionem absentis corporis & sanguinis, sed quia ver-
 bum tradit, & fides credit hoc, quod in poculo Do-
 minico A D E S T, esse idem illud, quod ex latere Domi-
 ni fluxit. Cyrillus dicit, in mysterijs, non quærendum Cyrillus lib. 4. cap.
13. in Ioannem.
 esse quomodo illud fieri & esse possit: sed simpliciter & firmiter esse credendum, quod verba Christi fieri
 & esse pronunciant & affirmant, quia mysteria sint.
 Vocabula igitur mysterij & Sacramenti, nequaquam
 absentiam significant.

Tanta denique diligentia fuerunt in afferenda
 præsentia corporis & sanguinis Christi, ut etiam cau-
 fas excogitarent, cur Christus sub his speciebus, panis
 videlicet & vini, carnē & sanguinem accipi voluerit.
 Ambrosius in libris de officijs, inquit: Forte dicas, quo-
 modo vera caro, quomodo verus sanguis, quia simili-
 tudinem non video carnis, non video sanguinis verita-
 tem? Primo omnium dixi tibi de sermone Christi,
 qui operatur, ut possit mutare & conuertere genera
 & instituta naturæ. Deinde, ubi non tulerunt sermo-
 nem Christi discipuli eius, sed audientes, quia carnem Ioan. 6.
 suam daret ad manducandum, & sanguinem ad bis-
 bendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit: Verba
 vitae aeternæ habes, & ego a te quomodo recedam? Ne
 igitur

XX.

5. S. Patres causas
 afferunt, cur Christus Dominus sub
 pane & vino cor-
 pus & sanguinem
 exhibere voluerit.
 De consecrat. dist.

2. Parag. Forte dia-
 cas,

272 Acta Concil. Oecumenici, super
igitur plures hoc dicerent, & ne veluti quidam esset
horror crux, sed maneret gratia redemptio, ideo
in similitudine quidem scilicet corporis & sanguinis
accipit sacramentum, sed verè naturæ scilicet corpo-
ris & sanguinis, gloriamque virtutemque conseque-
ris. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de caelo descen-

Theophilact in 14. di. Theophilactus sic: Non enim figura tantum
Dominici corporis est. Sed quomodo, inquis, non vis
detur caro? Hoc sit propter nostram infirmitatem, ne

abhorreamus. Et Gratiani glossator: His de causis sit
mitur corpus Christi sub alia specie, & non sub sua vis-
sibiliter, ut scilicet fides habeat meritum: & ne esset
horror carnis & sanguinis crudi: & ne ridiculum fieri
ret paganis: denique quia istæ duæ species sunt magis
amicæ naturæ humanæ, ut quibus principaliter cor-
pus nutritur. Et hi sancti Patres subinde hac similitus
dina vñi sunt, ut quemadmodum panis nutrit, susten-
tat, conseruat & confirmat corpus ad vitam natura-
lem: Ita corpus Christi in Coena exhibitum & sum-
ptum nutrit, sustentat & confirmat utrumq; animam
& corpus, ad vitam æternam. Facile hinc colligi pos-
test, quod Patres præsentiam Christi in Coena firmi-
ter crediderint. Nam quid alioquin opus fuerat tot
causas excogitare, inuisibilis præsentia corporis &
sanguinis Christi? Satis puto superq; constare ex ha-
ctenus dictis & co[m]memoratis: quod Patres hi Ortho-
doxi literalem verborum Christi, in sacra Coena sen-
tentiam, absque omnibus figuris & tropis acceperint,
explicuerint, atque alijs etiam voce & scriptis tradidie-
rint. Statuerunt enim in sacra Coena verum corpus
verumq; sanguinem adesse & distribui vescientibus;

Distinct. 2. de cons-
fecrat. Parag. Forte
ext. in gloss.

ut illo sacro epulo anima pascatur ad vitam sempiter-
nam. Neque illos ab hac fide auertere potuit Christi
in coelum ascensus, neque ratio, neque curiosa causas
rum inuestigatio. Simpliciter enim Christo affirmans
tis fidem habuerunt: cum scirent, simplicem huiusmo-
di fidem Deo gratam esse: & humani ingenij sapien-
tiam coram Deo nihil aliud, quam stultitiam esse. Fu-
erunt certe hi Martyres & confessores adeo addicti
verbis Christi, & tam acres ἐπωθίαι, cum in Testa-
mento, tum in omnibus Christi dictis: ut ne iota qui-
dem ab illis amitterent. Spiridion isthic, peruetus
Ecclesiæ Doctor, cum in coetu quodam Episcoporum
audiuisset Triphyllum Lodrensem Episcopum, alle-
gantem verba Christi, quibus ille paralytico dicit: Tol-
le grabbatum tuum & ambula, & pro grabbato dicen-
tem scimpodium: perquam moleste id tulit. Non tu
quidem, inquit, præstantior es eo, qui dixit grabbatum:
qui igitur, malum, pudor est iste, verbis illius cum de-
coro non vti: His dictis in conspectu omnium, Epis-
copali sede exsurgens, fastum & supercilium eorum,
qui orationem affectata sese efferrent, contrahere co-
natus est. Non haec senilis morositas fuit, sed reue-
rentia, quæ verbo Dei debetur. Quid autem Spiridionem nunc putatis apud animum cogitare de vo-
bis: quorum glossarias interpretationes, in verbis sa-
cræ Cœnæ tam varias, tamque multiplices audiuit?
Ad sunt in hoc frēquentissimo conuentu, Ignatius,
Iustinus, Tertullianus, Cyprianus, Irenæus, Nysses-
nus, Nazianzenus, Cyrilus, Basilius, Epiphanius,
Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Theodore-
sus, Chrysostomus, Hilarius, Hesychius, Gregorius,

Nicéphor. lib. 8.
cap. 48.
Sozomen. lib. 1.
cap. II.
Simeon Metaphra-
stes tom. 5.

274 Acta Concil. Oecumenici super

Gelasius, Leo, Euthimius, Damascenus, Theophylactus, Bernhardus, Gratianus: qui à vobis postulant, ut vnam proferatis ex eorum scriptis sententiam: in qua expresse negetur, quod in Eucharistia non sit sacramenta & corpus Christi: quod hæc à signis Sacramentalibus tam procul absint, quam procul ab ima terra distat supremum cœlum: quod corporalis præsentia sit commentum, cuius ipsum Sathanam pudeat: quod sit diabolicum figmentum, horrendū monstrum, crudelis flagitium, etiam vetustatis iudicio: vel si corporalibus præsentia citra vnum loci situm vera sit in Cœna, quod Deus sit mendax, quia velit contradictionem: vel ubi de orali manducatione & naturali participatione egerunt, quod concubinarum pudenda, immo pars magis diuersa, mundior sit, quam illorum ora, qui simplius citer verbis Christi inhærentes, credunt se praesens & potentia, Christo Iesu veraci data, locuti sunt, quod

Chemnie. de Vnione duarū Natur. cap. 24. fol. 342.
talem instituerint comparationem, qualis hæc est: Si cut maritus frigidus, & male calceatus (ut vulgo dicitur) habet quidem potestatem in uxorem suam, sed non habet potentiam, &c. quod denique docuerint, Deum omnipotentia sua non posse facere, vt corpus Christi simul sit in pluribus locis: vel, quod dextera Dei sit certus locus: vt interea tacite sexcentos huiusmodi flosculos, quibus vos scripta vestra publica exornatis, præteream. Nisi igitur vos, viri consentientes, vnam eiusmodi sententiam e scriptis Patrum, quos dixi, proferatis: aperte ipsi protestantur, quod nihil unquam commercij cum vestra doctrina habuerint, neque etiamnum habeant, neque unquam habituri.

Selnece. accus. 29.
fol. 382.

sint, dum spiritus illorum rexerit artus. Et ut maximè aliquid reperissetis in Pseudoapostolorum Asiaticorum scriptis, quod pro vobis videretur facere: tamen firmam illis fidem nequaquam habere debuissetis: sed eorum scripta ex verbo Dei dijudicare. Pater erat, qui Distinct. 9. Parag.
dixit: Neque quorumlibet disputationes QVAM VIS Neque.

CATHOLICORVM ET LAYDATORVM hominum,
veluti Scripturas Canonicas habere debemus: vt nos
bis non liceat salua ipsorum honorificentia, quæ illis
deberetur hominibus, aliquid in eorum scripturis im-
probare atque respuere, si forte inuenierimus, quod ali-
ter senserint, quam veritas habet. Et iterum: Noli me Distinct. 9. Parag.
is literis, quasi Canonicis scripturis deseruire: sed in illo Noli.
lis & quæ non credebas, cum inuenieris, incunctanter
crede: in istis autem, quod certum non habebas, nisi
certum intellexeris, noli firmum tenere. Quod si vos,
Cacodoxi, hoc consilium Patrum non ignoratis, ne-
que tamen ei paretis: quæ malitia hæc est: sin autem
nescitis, quæ obsecro hæc ignorantia est: aut quæ Dia-
bolica est audacia. Testamentum Filij Dei clarum, in-
certis Patrum glossis obscurare? Quid: quod ipsis met
Patres non ignorarint, se esse homines, qui labi, erra-
re & decipi possint? Ideoque suis sententijs & verbis
neminem voluerunt stare: sed solo verbo Dei acqui-
escere. Vetustissimus quidam ex Patribus, ita de se dis-
xit: Negare (inquit) non possum, nec debeo, sicut in
ipsis MAIORIBVS, ita multa esse in tam multis opus-
culis meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeri-
tate culpari. Et aliis recentior inquit: Nullus omni-
no scriptor Orthodoxus, ad hunc usque diem, tam fe-
lix existit: vt non cum venia legendus sit. Vt enim de-

Distinct. 9. Parag.
Negare. August.
lib. 2. ad Vin. Viæ.
Erasm. Rot. in Epis-
tola ad Archiepis.
Hispalensem Tom.
9. fol. 830 & in Apo-
log. aduers. Mona.
Hispan. Tom. 9. &
Tom. 5. fol. 363. in
explic. Psalm. 38,

276 Acta Concil. Oecumenici, super

ceteris sileam, in Rom. Pontificum, in Hieronymi & Augustini scriptis inueniuntur, quæ sententiam habent simpliciter Hæreticam. Hæc illi. Non possum hoc loco præterire silentio, quod ne ipsi quidem Patres dissimulat: multos illorum in manifestos errores fuisse prolapsos. Quid enim: an' non Origenes, preter alias Hæreses, etiam Arrianismum defendit: & huic Sacramentariæ doctrinæ latissimam fenestram apertuit? An' non Tertullianus, ipsissimus Montanista fuit: qui etiam cum Anthropomorphitis statuit, Deum esse corporeum? An' non Cyprianus cum Donatistis, Eusebius lib. 4. cap. 36.

Nicephor. lib. 4.
cap. 34.

August. ad Quod.
cap. 86.

1.q 1. Parag. Si quis.

Eusebius lib. 4.
cap. 36.

Alfonso lib. 3. ad-
uers. hæref. Parag.
Beati.

Sozom. 1.3. cap. 1.

Socrat. 1.1. cap. 6.

Niceph. 1.8. cap. 8.

Niceph. 1.17. ca. 27.

Prateol. 6. cap. 14.

Catal Hæretic.

Basiliius Epistola
41. ad Max. Philo.

Ruffinus de adulto
librorum Origens.

Anabaptismum defendit: an' non Irenæus, teste Eusebio, Chiliaста fuit? Quid: quod idem cum Bernardo & Theophylacto, Armenorum & Græcorum errorem: nempe, nullam animam ante diem iudicij beatam esse, pertinaciter asseruit: Sed & Epiphanius valde suspectus fuit, de hæresi Anthropomorphis tarum: & Eusebius Arrianæ opinionis approbator erat: & Theodoret. in quinta vniuersali Synodo Constantinopolitana, Nestorianismi cōdemnatus est. Preterea Fulgentius etiam Donatista fuit: qui duo esse principia, & duo Baptismata affirmabat. Certe & Bassilius de Dionysio sic scriptum reliquit: Non omnia huius viri laudamus: varius est in scriptis suis. Ruffinus item scribit de libris Clementis Rom. Sunt inquit, & alia nonnulla libris Clementis inserra, quæ Ecclesiastica regula non recipit, tum quædam sunt, quæ cum Eunomij dogmate consentiunt. Et de Cyrillo Hierosolymitano dicit: quod aliquando in fide, sapientia in Confessione variarit. Sexcenta huius farinæ exempla adduci poterant; sed ego his paucis nunc contentus

tentus sum. Quid igitur mirum, si alicui ex Patribus etiam de Eucharistia incommodior sententia excidit? Num propterea fidei articulus inde procudēdus erit? Absit; procul absit, ut hoc faciamus. Quinimō hoc potius præter supradicta, de scriptis Patrum cogiteſ mus: quod illa non solum à veteribus Hæreticis, sed etiam a Monachis indoctis, mirificè fuerint corrupta & depravata. Nam Eusebio teste, Clementis scripta Euseb.lib.3 cap.35. iam suo tempore adulterata fuerant. Et Euagrius con queritur, Hæreticos sanctorum Patrum libros depræ Euagr.lib.3.cap.31. uasse, & Pseudepigraphis suis pluribus imposuisse, & in suum errorem induxit: ideoque Gelasius Papa, Distinct.15.&16. multa eiusmodi monumenta aut inter Apocrypha reſ iecit, aut quasi ab Hæreticis conficta & adulterata das mnauit. Atque hoc crimen depravationis librorum sanctorum Patrum in Concilio Florentino, præſente Eugenio & Palæologo, à Græcis obiectum esse La tiniſ, annotauit Aemylius. Quin etiā Christianissimi Regis in orbe Christiano Orator, non ita pridem pu blico scripto testatus est, Patriarchas et Episcopos Gre corum eiusdem criminis etiamnum ream agere Ro manam Ecclesiam. De quærelis Trithemij & Ludo vici Viuis & censuris Erasmi, & Beati Rhenani in annotationibus in Tertullianum nihil dicam: ne niz mia sermonis prolixitate vobis molestiam afferam. Quod si vos, consentientes viri, hæc quæ iam à me sunt exposita, apud animos vestros diligenter perpen dissetis, proculdubio puduiffset vos ex Patribus Orthodoxis Sacramentarios facere: quasi illi contra aperteum & dilucidum Christi Testamentum, contra vos cem Apostolorum, contra decreta Niceni & Ephesi

Aemil.lib.10 Hist.

Gall.

Nicolaus Nicolai lib.4 cap.36. legati orientalis.

Trithem. de scri ptor.Ecl.in Aug.

Lud.Viues in pref. in lib. August.de de ciuit Dei.

Eras. Roterod.

Beatus Rhenanus.

278 *Acta Concil. Oecumenici, super*
ni Conciliū, in quibus ultra 500. fuerunt Episcopi, de-
nique contra sententiam totius Ecclesiae Catholice, et
cum Simone Mago negarent, Eucharistiam esse car-
nem Domini. Sed quia Christi & Apostolorum ver-
ba vobis aduersantur: ideo vos mutilata quedam S.S.
Patrum verba, excerptis: quibus sicutum dogmati
Simoniaco facturos vos esse confidebatis. Nam hunc
esse morem Sacramentarijs, docet Vincentius ille, qui
ab insula Lirina nomen accepit, in eo libro, quem pro
Catholicae fidei antiquitate & veritate, aduersus pro-
fanas omnium haereses & nouitates, anno circiter 461.
edidit. Ibi enim vos Chamitas Sacramentarios graphi-
ce depinxit: cum inquit: Qui sub alieno nomine ha-
resin machinantur concinnare: captant plerunque
veteris cuiuspiam viri scripta, paulo inuolutius edita,
quaे pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi con-
gruant: ut illud, nescio quid, quodcunque proferunt,
neque primi, neque soli sentire videantur. Quorum
ego nequitiam dupliciti odio dignam iudico: vel eō,
quod Hæreses venenum propinare alijs non perti-
mescant: vel eō etiam, quod sancti cuiusque viri me-
moriam, tanquam sopitos iam cineres, profana manu
ventilant: & quaे silentio sepeliri oportebat, redditua
opinione diffamant, sequentes omnino vestigia auto-
ris sui Cham: qui nuditatem venerandi Noë, non mo-
do operire neglexit: verum quoque irridendum ce-
teris enunciauit. Ex quo tantam læsæ pietatis meruit
offensam: ut etiam posteri ipsius peccati sui maledictis
obligarentur beatis illis fratribus, longeque dissimili-
bus, qui nuditatem ipsam reuerendi Patris, neque suis
temerare oculis, neque alienis patere voluerunt: sed
auctoribus.

Vincentius Liri-
nensis. Papyrius
Masonus lib. 1.
Hilt Francorum.

2. q. 7 Parag. Ple-
runque.
15. q. 4. De ermine.

auersi, ut scribitur, texerunt eum, quod est erratum Genes. 29.
 sancti viri nec approbasse, nec prodidisse: atque sic cir-
 co beata in posteris benedictione donati sunt. Hacte-
 nus Lyrinensis. Dicatis, quod durius & acerbius in
 vos inuehar: quod delicatae vestræ aures ferre possint.
 At scitote, viri Scoliodoxi, quod malo nodo malus
 sit querendus cuneus: & quod immitem requirit me-
 dicum, æger intemperans. Vestra igitur culpa fit, non
 nostra: quando vehementius vobiscum agimus: ut
 qui lenes alias & perquam humani sumus, et fines mo-
 destiae, nisi postulante necessitate officij nostri, nun-
 quam transgredimur. Error enim ut Canones do-
 cent, cui non resistitur, approbatur: & veritas, cum Distinct. 8. Parag.
Error.
 minime defensatur, opprimit: Negligere quippe, cum
 possis perturbare peruersos, nihil est aliud, quam fo-
 uere: NE Q V E CARET SCRVPVL O SOCIETATIS OCCVLTÆ, qui manifesto facinori desinit ob-
 viare. Et iterum: Non solum ille proditor est veritas III. q. 3. Parag.
Nolite.
 tis, qui transgrediens veritatem, palam pro veritate
 mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè ve-
 ritatem pronunciat, quam liberè pronunciare opos-
 tet: aut liberè veritatem non defendit, quam liberè de-
 fendere conuenit, proditor est veritatis. Evidem Cas-
 nonici Iuris ha sunt regulæ: a quibus si procellosum
 Sturmij ingenium abhorret, age vnum ille e suis Pa-
 tribus audiat: quorum dicta melius intelligit, quam
 verba Apostolorum & Ecclesiæ Patrum. Obiurgas
 tiones (inquit Cicero) non inquam incident necesse Cic. lib. i. Offic.
 fariae: in quibus vtendum est forte, & vocis contentio-
 ne maiori, & verborum grauitate acriore. Neque ves-
 to me magnoperè commouet, quod a Sturmianis irri-
 demur.

280 Acta Concil. Oecumenici, super
demur: quando istas hominum nugas & fæces acer-
bius admonemus. Nam & ludibria nequā Lucianos
rum ferre dīdicimus: & nosmet isthoc Gregorij ver-
bo consolari possumus: Si ab increpatione iccirco re-
ticemus, quia contra nos insurgere D E R I S I O N I S
O D I A formidamus, iam non lucra Dei, sed nostra
quærimus, &c. Quibus Gregorij verbis etiam hunc
Augustini locum, pro Colophone additus, ut intel-
ligatis, nunquam nos in vestram & Simonis Magi
sententiam esse concessuros. Ita enim Augustinus: Si
quis de quacunque re, quæ pertinet ad fidem, nobis
annunciauerit, præterquam quod in scriptis Euange-
licis accepimus, anathema sit, siue sit Episcopus, siue
Apostolus, siue etiam Angelus de cœlo. Dixi.

Gregor. Magn.lib.
21. Moral.

August. contra lit.
Petilian. lib.3. cap.
6.

ORATIO MARTINI LVTHERI, DOCTORIS THEO- LOGIÆ.

 Go Martinus Lutherus, seruus Iesu Christi, animo & ore confiteor, quod eandem
ego doctrinam iam vobis cum amplectar:
quam vos p̄i Martyres, & confessores,
Doctoresq; Ecclesiæ, prolixâ oratione vestra repeti-
uistis. Idem enim sentio, quod vos sentitis de præsenti
controversia, quæ in verbis Testamenti Christi hodie
existit. Neque enim me tam vestra mouet authoritas,
quod scio, vos antiquissimos Ecclesiæ Christianæ Doc-
tores esse: quam doctrinæ ipsius veritas: quod intel-
ligo, vos expresso Dei verbo libenter acquiescere, &
sancti

sanceti Spiritus oraculis firmiter insistere; neque latum
vnguem, à voce Pastoris nostri velle recedere. Equi-
dem Dei verbum nullo apud pios indiget humano
præsidio, nullo firmamento, nullo adminículo. Nes-
que ullius hominis testimonium valet, quantalibet il-
le authoritate, sanctimonia, & hominum opinione ni-
tatur; nisi id verbo Dei suffultum sit, & sanctis oracu-
lis, tanquam fundamento suo insistat. Sic enim vos
p̄ij Patres ipsimet docuistis. Noli (inquis tu Augusti-
ne) meis literis, quasi Canonicis scripturis deseruire,
sed in illis, & quæ non credebas, cum inueneris, in-
cunctanter crede, in istis autem, quod certum non ha-
bebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere.
Neque quorumlibet disputationes, quamvis Catho-
licorum, & laudatorum hominum, veluti scripturas
Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat, sal-
ua honorificentia, quæ illis debetur, aliquid in eorum
scriptis improbare, atque respuere, si forte inueneris
mus, quòd aliter senserint, quam veritas habet. Et ite-
rum: Audiui quosdam dicentes. Si non inuenero Eu-
angelion in antiquis, non credam. Talibus autem ego
dico, QVI A MIHI ANTIQVITAS CHRISTVS IE-
SUS EST, cui non obediare, manifestus & irremissis-
ibilis interitus est. Igitur huic vestro tam salutari consi-
lio morem gerendum esse censui: ac proinde veram
Testamenti sententiam, primò omnium ex verbis E-
manuelis nostri recte addidici: deinde confessiones
vestras cum iisdem contuli: & veras eas esse, verbisq;
Christi consentire, deprehendi. Ideoque in eandem
vobiscum sententiam libens concedo. Si enim aliter
vos loqui velletis, ac Deus locutus est, nossem ego,

August. in Prolog.
lib. 3. de Trinit. Dis-
tinct. 9. Parag. No-
li. Id. in Epist. ad
Fortunat. Distinct.
9. Parag. Neque

Ignat. in Epist. ad
Philadelph.

Nn quo

282 *Acta Concil. Oecumenici, super*
quo loco vel Angelus de celo euangelizans, nedium
homo quispiam mihi habendus esset. Evidem do-
ctrina de Coena Domini, peculiaris est Christianæ
Religionis articulus: quorum nullus figurantis, tro-
pologicis, allegoricis, Symbolicis, typicis, aut huma-
nitatis excogitatis verbis, aut glossis constat: sed omnes
proprijs, nativis, & perspicuis verbis, sententijsque ex-
pressi, in sacra Scriptura leguntur & demonstrantur:
ne quis de illorum mente ac sensu dubitare, & in fide
hesitare possit. Cum ergo & hic articulus de Coena
Domini, a duobus Apostolis, & duobus Euangelis
stis, ex ore Christi, ante & post ascensum illius perspic-
cie & luculenter sit conscriptus, & Christianæ Ecclesie
traditus: cur ego à vestra sententia, quæ in verbo
Dei fundata est, temere recedam? Mihi certe religio
est a verbis Apostolorum & Euangelistarum rece-
dere. Et cur, obsecro, alium illis sensum affingam,
quam ipsa verba requirunt? Quod si horum testimoni-
orationem obscurare velimus, unde, obsecro, dogma-
tis huius fundamentum petemus? aut ubi sedem hu-
ius doctrinæ collocabimus: si locos illos destruamus,
in quibus Testamentum Christi ex professio tradis-
tum, ac repetitum est? Vel igitur ex peregrinis locis,
qui de Testamento nouo non loquuntur, constitutus
endum erit: vel dogma, siue fidei articulus erit, sine
certo, perspicuo, & indubitate fundamento, nitens pri-
uatis hominum speculationibus? Quare, ut rem
in pauca conferam, primò omnium verbis ipsis Te-
stamenti insisto, quæ dicunt: Accipite, manducate,
hoc est corpus meum: Bibite, hic est sanguis meus:
Deinde vestris quoque sententijs, quatenus cum hoc
verbo

verbo Dei consentiunt, non iniuitus subscribo. Et ab hac Confessione mea, nullus Diabolorum, nulla vis inferni, nulla tyrannis vñquam me dimouebit; neque vñlli tropi, aut figuræ, aut schemata, hoc solatium, quod Christi corpus & sanguis mihi afferunt, vñquam mihi eripient. Moneo etiam & hortor omnes pios, vt ab hoc fermento Sacramentariæ Doctrine sibi diligenter caueant: nisi laqueis Diaboli irretiri, & tandem cum Serueto, Blandrata, Alciato, Francisco Dauidis, Gentili, Gribaldo, Syluano, Neysero & similibus, ad Turcicam religionem deficere cupiant. Noui enim, noui, quid monstri alat hæc religio Sacramentaria. Eamque ob rem horum temporum vates sui, sed vtis nam mendax: cùm ante 52. annos sic scripsisse.

Videbitis, quandoquidem illi nolunt recta incede ^{Luth. secunda par.}
re semita, neque verbum Dei fide colere, aut simplici ^{te contra Coelest.}
modo, secundum literam amplecti, sed sophistica ra-
tione & arguta subtilitate illud excutere, & sub dicta-
men rationis humanae reuocare: videbis, inquam, quò
tandem impietatis sint prolapsuri, vt etiam negent
Christum esse Deum. Nam æquè stultum rationi hu-
manæ videtur, si quis dicat, Homo est Deus: ac si quis
dicat, panis est caro: & quia vnum horum negant,
breui futurum est, vt etiam alterum inficientur. Hoc
enim querit Sathanas: qui illos à sacra Scriptura ad
rationis dictamen abduxit: vt omnes veteres hæreses
ex Orco reuocet.

Vix hac Lutherus contulerat: cùm subito ingens in
Prætorio tumultus extitit: quem Præses Concilij his-
ce verbis celeriter sedavit.

ORATIO PRÆ-
SIDIS.

Nolite sic tumultuari, viri consentientes:
 neque tantoper' commoueamini, ista Lu-
 theri ferocia: sed cogitate potius, qui vos
 sitis, & quare hic sitis. Tu Præfete Prae-
 torij, & vos Satellites, istum feroculum hominem,
 & sua opinione Prophetam, manibus pedibusq; con-
 stringite quadrupedem: atque hinc celeriter abripite,
 atque in eum locum compingite: quo neq; complui-
 tur, neque solis aduritur æstu. Docebo ego illum ho-
 die, quid sit, toti Concilio, tam superb'è, tamque audaz-
 er pedem opponere: & nescio quid ominari sinistri,
 de nostro consensu tam laudabili, tamque Orthodoxo.
 Nunc silentium rursus date: ut, quid isti velint V-

ORATIO DISCIPV-
LORVM LUTHERI.

CV Æ vnquam natio, aut quod genus ho-
 minum vnquam fuit tam barbarum, tam
 ferum, tamque alienum ab omni iure ac
 iustitia, vt inauditum hominem in re ma-
 xime ardua condemnaret. Summi Pontifices & Sa-
 credotes Hierosolymitani, et si patris sui Diaboli erant
 similes filij, mendaces & homicidae: tamen Christū in
 suo Prætorio audiebant, priusq; illud crucifige, crucifi-
 ge, clamando ingeminarent. Ipse etiā iudex iniquissi-
 mus,

Ioan. 8.

Matth. 29.

Luc. 22, & 23.

mus, Pilatus, inauditum Christum condemnare nos Marc. 15.
 luit: sed instituto examine, causam prius cognoscere, Ioan 15 19.
 quam incognitam iudicare voluit. Quid? quod Chriſtus Aator. 4.
 sto iam in cœlum subducto, Pontifices Iudaeorum,
 viui Cacodæmones, Apostolos prius ad se in curiam
 vocant, ibique causam iubent dicere, antequam illos
 condemnent? Quæ igitur est ista crudelitas? quanta
 hæc immanitas? quod idem Lutheruſ non licet in hoc
 libero Concilio, quod licuit Iudeo, et Turce, & Ethni-
 co & Hæretico, vt suam de proposita quæſtione sens-
 tentiam, pro libitu, & pro rei necessitate exponat?
 Quæ hæc vis est, tam inclementer aliquem protrus-
 di ex hoc Prætorio? Dicat aliquis, doctrinam Lu-
 theri fatis euidenter patescere e libris eius polemicis:
 vbi suam ille de Cœna Domini sententiam fatis fu-
 perque declarauit. Verum est hoc quidem. Nam quæ
 Lutheri sit de Cœna Christi sententia, abunde fatis il-
 le in suis libris exposuit. At quot sunt e vestro grege,
 Patres cacodoxi, qui sententiam Lutheri cupiunt per-
 uertere: qui scripta illius audent depravare et corrum-
 pere, qui ex Lutheruſ conantur Cingulum facere? sed
 ne vos idem possitis attentare: nos illius discipuli, ve-
 stris conatibus mature obuiam ibimus. Nam duas
 hic habemus Epistolæ, anno 57. Magdeburgi pro-
 mulgatas, quas Lutheruſ contra Sacramentarios scri-
 psit. Eas igitur vobis prælego nunc, vel inuitis: etiam
 si ilia vobis disruptantur. Quippe ex his vel solis fa-
 cile intelligetis, qu'ām ille fuerit Cinglio deditus. No-
 lite sic, obsecro, tumultuari: vt quod Lutheruſ scripses-
 rit, per silentium cognoscatis: ego pergam: vtut vos
 tumultuemini.

OPTIMO ET SYN-

CERO SERVO CHRISTI, DO-

MINO IACOBO PROVEST, THEOLOGO

Licentiatu, Ministro verbi in Brema,

fratri suo charissimo.

In Confessione fi-
dei de Eucharist.
Magdeburgi anno
57. apud Ambros.
Kirchner.

Scribo comiti Phrisiae consolatorias, ut petis. Deinceps mendacia Carolstadij, quæ antea misisti, Principi tradidi. Et arbitror Comiti à Principe esse scriptum. Ego quoq; idem tibi significau; literis, quod scio certe. Miror, si non acceperis. Porro quod Sacramentarij iactant, me esse Marpurgi victu, faciunt more suo. Sunt enim non solum mendaces, sed mendacium ipsu, fucus & simulatio. Quod testatur Carolstadius, & Cinglius ipsis factis, & verbis suis. Vides autem hos Marpurgi reuocasse in articulis positris ea, que de Baptismo, Sacramentorum vsu, similiter externo Verbo, & alia, quæ hactenus editis libris pestilenter docuerunt. Nos nihil reuocauimus.

Ac cum victi essent, etiam in Cœna Dominica, noluerunt reuocare hunc articulum, etiamsi viderent, se non subsistere. Metuebant enim plebes svas. Et qui non vincerentur? cum Cinglij vnicum & totum argumentum fuerit, corpus non posse esse sine loco & dimensione. Cui ego ex Philosophia operi posui, ipsum cœlum esse naturaliter sine loco, tam magnum corpus, & dissoluere non potuerunt. Oeconomici lampadij vero vnicum fuit argumentum: Patres apostolant signum, ergo non est corpus ibi. Multis vero

verbis promiserunt, se velle nobiscum eatenus dicere,
Christi corpus veraciter in cœna esse præsens (at spis
ritualiter) tantum ut fratres dignaremur appellare, &
simulare ita concordiam: Hoc quod Cinglius palam
lachrymans coram Landgrauio & omnibus rogabat,
dicens, in hæc verba: Non est genus hominum, in to
to orbe terræ, cum quibus mallem pacem & concors
diam fouere, quam cum Vittenbergensib. Es seind
keine Lent auf Erden / mit denen ich lieber
wolt eins sein / denn mit den Wittenbergern.
Summo studio & contentione egerunt, vt videren
tur nobiscum concordes, ita vt hanc vocem nunquā
ex me possent ferre: VOS HABETIS ALIVM SPIS
RITVM, QVAM NOS. ARDEBANT TOTI, QVOS
TIES HÆC AUDIEBANT. Tandem id concessis
mus, vt articulo ultimo ponitur, VT FRATRES QVI
DEM NON ESSENT, sed tamen charitate (quæ eti
am hosti debetur) nostra non spoliarentur. Ita indis
gnissimè affecti sunt, quod fratri nomen non potue
runt obtainere, SED PRO HÆRETICIS DISCEDERE
RE: tamen sic, vt pacem interim haberemus mutuis
scriptis, si forte Deus illis aperuerit cor. Hæc securè
narrabis. Siego sum Christi prædictor, imo si Chris
tus est veritas, hæc etiam verba scribo, vt habeas,
quod mendacibus, si nolint quiescere, opponas. In
credibili humilitate & humanitate sese gesserunt erga
nos. Sed, vt nunc apparet, OMNIA FICTA, vt nos
traherent in simulatam concordiam, & participes ac
PATRONOS FACERENT SVI ERRORIS. O astu
tum Sathanam, sed sapientiorem Christum, qui seruas
uit nos. Ego iam desij mirari, si impudenter mentian
tur.

288 *Acta Concil. Oecumenici, super*
tur. Video eos aliud non posse: atque glorijs isto casu,
videns eos, Sathan regnante, iam non insidjs, sed pa-
lam se mendacijs prodere. Anno M. D. XXXI.

Martinus Lutherus.

Altera Epistola.

**VENERABILI IN
DOMINO VIRO, IACOBO**
PROBST, ECCLESIAE BREMENSIS
Doctori, fratri suo in Christo cha-
risimo.

Gratiam & pacem, &c. Senex decrepitus, piger,
fessus ac iam monoculus scribo, mi Iacobe. Et
qui sperabam, mihi nunc emortuo requiem, vt mihi
videtur, iustissimam dari, quasi nihil vñquam egerim,
scripserim, dixerim, fecerim, ita obruor scribendis, di-
cendis, agendis, ferendis rebus. Sed Christus est omnia
in omnibus potens & faciens, Benedictus in secu-
la, Amen. Quod scribis, Helueticos in me tam effe-
rate scribere, vt me infoelicem, & infoelicis ingenij hos
minem damnent, VALDE GAVDEO. Nam hoc pez-
tiui, hoc volui meo illo scripto, quo offensi sunt, vt te-
stimonio suo publico testarentur, sese esse hostes meos.
Hoc impetraui, & vt dixi, gaudeo. Mihi satis est
infoelicissimo omnium hominum vna ista beatitudo
Psalmi primi.

Beatus vir, qui non abiit in consilio Sacramentariorum.
Nec

Controuers. de S. Cœna Domini. 289

Nec sletit in via Cinglianorum.

Nec sedit in cathedra Tigurinorum.

Habes, quid sentiam. Cæterum, quod petis, ut pro te orem, quod facio. Tu viciissim pro me ores quaeso. Et sicut ego non dubito, tuas pro me orationes valere: ita rogo, ne dubites, meas pro te valere. Etsi ego prior abiero (quod opto) traham te post me. Si tu prior abieris, trahes me post te, quia unum Dominum contemnemus, & expectamus Salvatorem cum omnibus sanctis. Louanienses iam publico scripto cœpi tractare, quantum Dei dono potero. Irratus enim sum in ista bruta plus, quam deceat me Theologum et senem, sed Sathanæ ministris oportet occurrere, etiam si ultimo spiritu in eos flandum sit. Vale & cogita, mihi te esse non modo ex veteri & familiarissima amicitia, sed propter Christum, quem vñâ mecum doceas, charissimum. Peccatores sumus, sed ille est iustitia nostra, qui viuit in æternum, Amen. Saluta tuam, tuas, nostras omnium nostrum nomine. X V I. Ianuarij, Anno M. D. XLVI.

T. Martinus Lutherus. D.

Hanc igitur preceptoris nostri sententiam, et nos, qui viuum audiūmus docentem, & qui libros eiusdem mortui legimus, & qui formulæ Concordiæ subscripsimus: hanc, inquam, sententiam de Cœna, in formula Concordiæ comprehensam, pro vera agnoscamus: ideoque eam vñâ cum sancto Luthero, toto pectore vñanimes & concordes amplectimur: eanque, quoad vivemus, retinebimus, souebimus, propagabimus, constanter, sincere, incorruptè. Ve
O o stra

stra autem maledicta sit omnis concordia, quæ vero amore gloriæ & Maiestatis magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, & synceritate eius doctrinæ destituta est. Deo quippe magis obedientum est, quam hominibus. Et, qui patrem, matrem, fratres, sorores, liberos & homines quouscunque, vel seipsum etiam, pacem ciuilem, gloriam huius seculi, tranquillitatem priuatam, nominis celebritatem, opinionem scientiarum, & alias res caducas, plus diligit, quam me, non est me dignus, inquit Emanuel noster, & Doctor Ecclesiarum viuus, & vnicus. Habemus enim expressum mandatum, quod iubet cauere à falsis Prophetis: & non dixerit falsum testimonium. Vnde igitur, vnde, & iterum vnde Ihsus, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, corpus figuram & umbram, & umbram corpus. Mendacium est abominatione coram Deo. Veritate autem Dominus delectatur.

Dligrassis è Concione Lutheri discipulis, prodit Paulus simplex Anachoreta, quem deinceps sequens Jacobus Faber Stapulensis: qui omnium priorum Philosophorum nomine verba fecit.

PAVLVS SIMPLEX ANACHORETA.

Ruffus Aquileiens.
lib. 1. hist. Eccles.
cap. 3.

Referunt authores historiæ Ecclesiastice, interfuisse Concilio Niceno, quandam artigutum Dialecticum, & celebrem Philosophum: qui suis argutijs & Sophisticis griesis

phis multum negotij congregatis in eo Episcopis ex-
hibuerit. Tandem verò ex confessoribus quendam
simplicissimæ naturæ virum, qui nihil sciret, nisi Ies-
sum Christum & hunc crucifixum, processisse in
medium: & a confessu Patrum petiuisse, vt sibi lice-
ret pace illorum, cum impio & arguto Philosopho in-
sticuere colloquium. Patres verò illius Concilij diu
isthanc rem homini simplici renuisse: ne quid causæ
communi noceret illiterata simplicitas. Sed cùm ille
indesinenter propositum suum vrgeret, tandem con-
sensisse Patres, vt in suo instituto pergeret. Re igitur
ad colloquium perducta, sola fidei simplicitate et Sym-
bolo Apostolico conuictum fuisse erroris à viro sim-
plice hunc argutissimum Philosophum, & mirabili
quadam ratione conuersum. Quod cùm ita sit, maxi-
moperè vos, Patres sancti, oro, vt potestatem faciatis
mihī homini indocto & simplici, ynam quæstionem
proponendi, & rem expeditu facilem ex hisce Sacra-
mentarijs percontandi. Neque enim propterea in me-
dium processi, quòd ego potissimum præ vobis me ali-
quid posse arbitratus sim: aut quòd ab his nugis ho-
minum aliquid cupiam discere: meamq[ue] Religio-
nem de Cœna Domini abijsceret: aut quòd Orthodoxā
fidem velim dubiam reddere: sed èo quæstionem me-
am institui proponere: vt intelligam, quibus artibus
& machinis illi viros simplices, ac mei similes, à luce
veritatis soleant in errorum tenebras abducere: & à
proprietate verborum, planacj via, in salebras tropo-
rum & schematum præcipitare. Igitur sic queren-
dum ex illis duxi: Quomodo fieri possit: vt robustus
Heluetius, aut præpinguis Batauuus (nam ab hoc ges-
nere

292 Acta Concil. Oecumenici, super
nere hominum doctrina Sacramentaria hæc nouissi-
mis temporibus restaurata est) facilius possit omnes
cœlos perrumpere , & Christum certo aliquo loco
comprehensum arripere: quām Christus, cui omnis in
cœlo & in terra data est potestas, ad illum possit in ter-
ram descendere . Creditis enim vos Sophistæ, si pa-
nem aut buccellam de libo panis in vestris Ecclesiis
frangatis, eoque deglutito, forbillun vini exhauiatis:
quod illo ipso momento sursum feramini, & citius aë-
rem, omnesque cœlos penetreritis, quām Saga Thessal-
lica inuncta atque incantata pala, aut Magus seu ne-
cromanticus quispiam , adiurato pallio possit aërem
tranare. Nam sicut Mahometes super Elmparacum:
um: ita vos super vestrum illud , SV R S V M corda , aut
forte citius, quām Mahometes, potestis cœlos omnes
transcendere, ibique Christi canem spirituali mandu-
catione percipere : & uno momento rursum descen-
dere : neqz tamen referre , qua figura Christus sit praes-
ditus, aut quām cœli plagam obtineat: aut quot millia
ribus Christi domicilium à terra absit: aut utrum Ma-
hometes verè dixerit, quingentorum annorum iter ille
luc à nobis esse. Evidem & vos arguti estis Philoso-
phi, & subtile Mathematici: qui locorum interralla
& distantiam, à terra, & vnius Planetæ ab alio, vsque
ad primum mobile, examissim demonstrare nostris.
Cum igitur tot vestrum sint, qui sursum ac deorsum
ferimini , & quibus ergastulum Christi notissimum
est: idcirco oro vos, vt istarum rerum evidentem ra-
tionem me condecefaciatis. Nihil enim ego ex Or-
thodoxis Patribus, de isthac re vñquam cognoui. Es-
quidem dīci non potest , quanta me teneat huius rei

admis-

admiratio: quomodo, sublatis cordibus, & spiritibus
 vestris in cœlum, interim habeant corpora vestra in
 terris, omni orbata Spiritu & corde, tanquam stipides,
 & caudices, aut trunci ficulnei. Mihī certe credibilius
 videtur, quod Christus possit ad vos citius descendere,
 re, quam vos ad illum ascendere: præsertim, cum iux-
 ta humanam naturam acceperit omnem, in cœlo &
 terra potestatem: & iuxta Apostolū, ascenderit super
 omnes cœlos, vt OMNIA IMPLE RET. Quare iterū
 atq; iterū vos oro atq; obtestor: vt ad propositam quæ-
 stionem respondeatis: & per quem nam sic sursum fes-
 tamini, & quomodo in Paradisum subducamini, mihi
 explicetis. Memini equidem, sæpius hoc percontari
 me ex auditoribus & discipulis vestris: vbi sit dextera
 Dei, ad quam Christus sit collocatus: quomodo ab illo
 excipiatur: cur tam citio ab eodem dimitrantur, quasi
 veredati: quid item culpæ Christus meruerit, quod
 datum sibi olim potestate in cœlo & in terra, rursum
 amiserit: qui denique sit corporum status, anima in
 cœlum subducta. Sed ad hæc omnia nihil mihi quæ-
 renti respondere potuerunt isti Becceseleni: ac ne gry-
 quidem. Proinde vos mihi interrogandi & consulens
 di fuistis: qui Sacramentariæ doctrinæ instauratores
 estis: & modos in alijs rebus omnibus egregie expli-
 care nouistis: eosdemque ex alijs cognoscere subinde-
 expeditis. Quod si recusaueritis mihi respondere, &
 nodum istum soluere: tum sanè omnem ves-
 stram doctrinam pro meritis nugamen-
 tis iam deinceps habitu-
 rus sum.

ORATIO IACOBI
FABRI STAPVLENSIS.

Ntellectum est mihi ex Orationibus vestris, viri Dipnosophistæ, quod fundamen-
tum religionis vestræ, cui Sacramentaria
hæc opinio inserta est, Philosophia potissimum nitatur. Ego vero, qui & ipse Philosophia ins-
tituta didici, & præcepta Aristotelis memoria teneo:
longè à vestra opinione dissentio. Itaque Lutetia Pa-
riſiorum (quo in loco ægræ olim vixi: propterea quod
ante Lutherum illuc fermentum Romani Antichristi
subodoratus essem) huc profectus sum: ut meam voz
bis de Coena Domini sententiam aperte & perspicue
declarem. Noui enim & egomet, & vna tecum omnes
pij Philosophi, quod Deo loquente, nobis sitas
eendum, & auscultandum: & quod illo affirmante,
nobis sit credendum, et Deo affirmanti assentiendum.
Igitur ego & omnes pij Philosophi tecum, sic de Cœ
na Domini loquimur, scribimus & sentimus.

Stapulensi in cap.
14. Ioan.

O nobilissimus cognoscendi modus, quo supra
OMNEM MODUM COGNOSCIMVS. Corporalem
præsentiam post gloriosam resurrectionem eius appre-
hendebant Apostoli: sed hic præsentia modus, non
erat ille, de quo dicebat: Cognoscetis, quod ego sum in
patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Nam ipsi
corporalem eius præsentiam, extra se esse videbant,
& se extra eam. Sed ipse in patre erat, & in ipsis, & ipsi
in eo ABSQVE MODO. Nam diuinè & superintelli-
ligibiliter, ETSI FIDE INTELLIGIBILITER.
Quid

Quid enim diuinitatem excludere potest, quæ absque modo vbiique est? De qua etiam Propheta dicit: Si ascendero in coelum, tu illuc es: Si descendero in infernum, ades. Et quid non est in ea, quæ ambit & continet omnia? Qui fide capit, Patrem esse Deum, & Filium Dei, esse Deum, verè cognoscit, quod Filius in Patre est, & Pater in Filio, & quod aliter esse non potest. Et gaudet, quod eius rei cognoscendæ non est modus, & rationem, ceu stultam admodum ac delirram, ridet, quæ semper modum earum rerum, quærum non est modus, querere vult, ac idcirco in vanum fatigatur, & frustra laborat: perinde ac si oculus contenderet videre sonum, qui ipsi est inuisibilis, Divina hæc & sublimia mysteria, sonus, fides, auditus, ratio, oculus, vt ad sonos auris videt, & cæcus est oculus, sic ad diuina fides videt & ratio cæca est. Quod si ratio querat à fide, quæ nimirum magistra est, cum de diuinis agitur, cum Filius sit in Patre, & in omnibus sanctis, qui sunt in cœlo & in terra, an etiam corporaliter sit? Quid nisi ABSQVE MODO, nisi dicas diuino & incomprehensibili modo, QVI NON TAM MODVS, QVAM NON MODVS DICI DEBET. Et mirum si id fides non diceret, cum videat simul in India, Aphrica & Europa, locis innumeris, Filium Dei in corpore sacramentaliter esse. Quod autem dicit sacramentaliter modus est. Quomodo ergo si (scilicet fides) subtrahat modum, non videat VBIQVE Filium Dei corporaliter, sed sine modo, ac supra omnem modum esse? Vbicunque sane Christus est, Christus incarnatus, incarnatus autem sine corpore non est, ET MAGNA EST FIDES, COGNOSCE

RE CHRISTVM, CORPORALITER ESSE, VBI
SACRAMENTALITER EST. SED MAIOR EST,
COGNOSCERE EVM ABSOLVTE VBIQVE
CORPORALITER ESSE. Nam hoc est sine modo
cognoscere, illud cum modo. Fides autem, quæ est
absque modo, maior est, quam quæ modum habet, &
illud quodammodo propter hoc est, ut contractum
modo, qui si est ab omni modo absolutus, non est mos
dus, dicit Dominus Apostolis, cognoscatis, quod ego
sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Et
iterum: Si Pater eum ipso est, quomodo vadit ad Pa-
trem? vadit ad Patrem sine modo. STVLTV M EST
AVTEM MODVM QVÆRERE, VBI NON EST
MODVS. Vadit ad eum, qui cum ipso est, in quo ipse
est, & qui in ipso est. Et hoc fides capit, non intellige-
gentia, quia qui credunt, & non intelligunt, si vere
credunt. Qui autem intelligere volunt, aut querunt
impossibile, aut fidei paucitate laborant, & exclama-
re debent ad Dominum: Domine, adauge nobis fi-
dem, &c. vbi cum saniorib. Maiestatisque Filij Dei
magis amantibus, quam vos consentientes esse intel-
ligo, sese de his rebus pie & sobrie philosophanti ob-
tulerit occasio, prolixiorem me fore pollicor.

D I X I.

CVm Orationem suam Stapulensis absoluisset, vene-
runt in Concionem p[ro] aliquot Iuris consulti: qui &
ip[s]uam de Cœna, & Testamento Christi sententiam de-
clarare cupiebant. Facta potestate dicendi, unus ex illis
prose, & socijs suis sic orare coepit.

ORAT

ORATIO IURISCON-
SVLTO RVM.

Vdūimus nos Iurisperiti, quid in hac Sy-
nodo, huc usque de Testamento Christi,
& ultima testatoris voluntate a vobis in
vtramque partem dictum disputatumque
sit. Et quanquam intelligimus, istius quæstionis con-
trouersiam propriè non ad nos, sed ad Theologos per-
tinere: neque nostri esse officij, aliena a nostra profes-
sione tractare, & relictis causis forensibus, nos temes-
re ingerere negotio Ecclesiastico: tamen quia Chris-
tianismus, & veritatem nostræ fidei scire debemus,
& de ea rationem potentibus reddere iubemur: &
quod tractationem de Testamentis propriè ad Iuris-
consultos pertinere scimus: quod item Deum ipsum-
met a Testamentis politicis, ad Testamentum Chri-
sti argumentum ducere videmus, vt videlicet, quod
legitimè & religiose fit in Testamentis hominum, il-
lud maiori religione seruetur in Testamento Filij
Dei: quod denique animaduertimus, apud vos con-
sentientes cacodoxos, hoc in more positum esse, vt Iur-
isconsulti frequenter ad dijudicationem sacrarū con-
trouersiarum adhibeantur, & nonnunquam deserta
statione sua, e foro in templum transeant, sicut feceré
Caluinus, Oleuanus, Beza, Danæus, Isebrandus
Balekius, & similia hominum sterquilinia: idcirco
non intempestiuē nos facturos esse iudicauimus, si
nostram sententiam de præsenti controuersia decla-
remus. Cum enim Augustanae Confessionis secta-
tores

Iohan. Schuz
cauf. 34.

298 Acta Concil. Oecumenici, super
tores simus: & formulæ Concordiæ subscribamus: nisi
hinc à persona nostra alienum faciemus, si confessionis
& subscriptionis nostræ causam reddamus. Oramus
autem vos, viri consentientes: ut in optimam partem
velitis (si modo potestis) accipere hoc nostrum pro-
positum: neque aliter interpretari, quām quod nos
aperti & sinceri homines hoc vnicē experamus: ut
Testamentum Christi, non minus sartum tectum con-
seruetur, quām cuiusquam alterius hominis consen-
tia solet & debet.

M. Chemnitius in
Fundam, de cœna]
cap. 6.

Habent autem Iureconsulti, multas veras, gra-
ves & honestas sententias: quod voluntas testatoris,
& cuiuscunque disponentis, colligenda & dijudicanda
sit ex ipsis verbis Testamenti, atque ideo ab illis,
quando manifesta & clara sunt, minimē esse disceden-
dum, dicunt: sed illa in propria, naturali & potiori si-
gnificatione esse accipienda. Verba legis sunt: Cum
in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti vo-
luntatis quæstio. Item: Non aliter à significatione ver-
borum recedi oportet, quām cum manifestissimū est,
aliud sensisse Testatorem. Nam quorsum sunt no-
mina, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis? Item:
Si contrarium volebat, nulla erat difficultas, ita dispo-
nere. Sunt & hæc verba legis: Eo casu valere Testa-
mentum, qui ex verbis concipi possit. Imperator ins-
quit: verba Testamenti diligenter esse consideranda,
& alibi rationem reddit: Ne dum nimia vtimur circa
huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testantium de-
fraudentur. Verba vero in Græcis constitutionibus
sunt significantissima, ὅτε αὐτοὶ βέστεροι τοῖς τῆς διαθήκης
πιστοῖς οὐτε εἶμαστι. Significat enim verbum ἐπιτοκίας

tempore cum religione quadam dicere, & quasi iuramento confirmare. Atque inde translatum est ad extrema morientium mandata, quibus cum obtestatione amisserunt & hæredum fidei aliquid, quasi sub religione committunt, addita imprecatione, nisi pareatur: sicut exempla extant apud Herodotum, Demosthenem, Lysiam & Aeschinem: atq[ue] propter hanc causam Imperator censet, verba Testamenti attente, summa cura & exacta diligentia esse ponderanda & consideranda. Atque hæc Emphasis vocabuli pulchre conuenit ad Testamentum Filij Dei. Similia dicta multa existant apud nostros Doctores, quæ testantur, quām religiose obseruanda & ponderanda sint verba in Testamento, seu ultimis hominum voluntatibus. Tractant enim, non recedendum esse à verbis Testamenti, immo à rigore verborum Testamenti, sed singula verba esse ponderanda, quia non liceat illis vel addere, vel detrahere. Et grauissimum illud dictum saepissime repetunt: Quod videlicet, in dubio tutius sit, non recedere à verbis, sed illis tenaciter inhærente, sine extranea interpretatione. Et inhærente verbis definiunt: Non aliter interpretari, quām verba loquuntur. Item: magis verba esse ponderanda & sequenda, quām mentem imaginariam & incertam: & rationes addunt: Non esse recedendum à verbis testatoris, quia talis presumatur fuisse intentio, qualem proprietas verborum importat. Et non esse credendum, testatorem id velle, quod non dixit. Item: Non præsumere debemus, testatorem aliud voluisse, quām verbis expressum: nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas scribere. Non igitur credimus testatorem velle, nisi illud

300 Acta Concil. Oecumenici, super
illud, quod exprimit: ad hoc enim datus est nobis sermo, ut præstò siant voluntatis iudicia: & quia verba sunt signa eorum, quæ in mente gerimus, ideo illud, quod à testatore in scriptura, seu dispositiua verborum prolatione omittitur, habetur pro omisso: et quod scriptura testamenti non dicit, nec nos dicere debemus. Nihil itaque aliud inquire debet, nisi illud, quod in instrumento Testamenti scriptum est. Sed finibus verborum debemus esse contenti, quia nulla dispositio ultra egreditur, quam verba patientur. Lector itaque Instrumenti, habet solutionē quæsiti. Item. Quod testator non loquitur, velle non præsumit. Talis enim voluntas debet ex verbis concipi, quia nullum maius & certius est mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, ideo talis censetur mens loquentis fuisse, qualem verba prolata demonstrant. Hæc omnia sunt verba Iureconsultorum. Grauis sita etiam sunt hæc dicta Doctorum. Plerunque fallimur, dum legis rationem per coniecturas nos assicu-
tos arbitramur. Item: Homines saepè errant, in conie-
cturanda mente testatoris, propter nimiam subtili-
tatem. Et Baldus asserit, multos decipi, qui non pondere-
rant verba Testamentorum, quæ in se pondus magnū
habent, ad cognoscendū quid est. Tradunt itaq; verba,
quæ possunt naturaliter & civiliter, verè & sicce,
propriè & impropriè accipi, debere in dispositioni-
bus potius naturaliter, quam civiliter, verè & propriè
potius, quam impropriè & in dubio accipi: quia in dis-
positionibus verba debent in potiori significatione
accipi. Addunt etiam, paria esse, aliquid fieri vel con-
tra, vel præter formam pacti seu voluntatem testa-
toris.

toris. Et Baldus citat ex Boëtio: Eius quod multipli-
citer exponitur, veritas ignoratur. Item, tradunt, in-
terpretationem seu declarationem, etiam in illis casis
bus, in quibus permittitur, ita debere fieri, ut verbis
conueniat, nec ab ihs, cum clara sint, recedatur: alia
enim reñicitur, quia interpretatio, seu declaratio ver-
borum non dubiorum, quæ scilicet illis non congru-
it, non censetur esse declaratio prioris dispositionis, sed
noua & alia dispositio: quæ sententia diligenter obser-
vanda est, ne ita tentemus interpretari Testamentum
Filiij Dei, ut aliud Testamentum nobis ipsi singamus.
Huc etiam non inepte accommodari possunt, quæ
Rhetores περὶ τὸν ἔθνον tradunt, ut quod Cicerio inquit:
Cum scriptum est aperte, tum iudicem legi parere,
non interpretari legem oportere: indignissimum enim
esse, quam rem verbo & literis mutare non possis, eam
reipsa & iudicio commutare. Item: Non oportere
de eius nos voluntate argumentari, qui, ne id facere
possimus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis.
Scriptori enim, neque ingenium, neque operam, ne-
que ullam facultatem defuisse, quo minus posset aper-
te scribere id, quod cogitaret. Item, Iudices certum
quod sequantur nihil habituros, si semel à scripto re-
cedere consueuerint, atque ita & ipsis iudicibus iudis-
candi, & cæteris ciuibus vivendi rationes perturba-
tum iri, si semel à legibus recessum sit. Nam & Iudis-
ces, neque quid sequantur, habituros, neque quo pa-
cto alios improbare possint, quod contra legem fece-
rint, si ab eo, quod scriptum est, recedant. Quod igit
tur Quintilianus inquit, quid interest, nulle sint, an in-
certæ leges? Hoc, nos Iesus Christus Saluator amet,

302 Acta Concil. Oecumenici, super

recte ad vos consentientes etiam accommodatur. Quia
enim interest, nullum sit, an incertum Testamentum
Filiij Dei? Reddi autem incertum, si à propria & na-
tiva verborum sententia discedatur, ostendunt tota-
tam variæ, inconstantes & dissentientes interpreta-
tiones, de quibus in hac Synodo, præsertim vero Gas-
triel legatus nomine sancti Spiritus abunde edocuit.

Quæ huc usq; commemoravimus: ea talia esse di-
cimus & credimus, quæ in hominis Testamento con-
seruando, necessario & seueriter sint perpendenda &
consideranda. Nam qui secus faciunt, eos non pro
Iurisperitis, sed pro Iurisperditoribus habemus atque
agnoscimus.

Quod si ergo istas cautelas in hominum Testamen-
tis tam religiose obseruauimus: cur obsecro easdem
in Testamento Christi tam oscitanter negligamus?
Certe, qui Christiani sunt, & nobiscum sentiunt: illi
verbis Testamenti inhærent. Hoc nisi etiam à nobis
fiat, quid, obsecro, erimus aliud, qu' am falsarij, qui cen-
tra suam conscientiam (quod Deus prohibeat) Deum
& homines ludificare, & rem eò perducere conantur:
ut nemo bonus posthac fidem nobis sit habiturus.
Enimuero, si vos viri consentientes ijs effetis, qui per-
hiberi vos vultis: iam dudum blasphemias contumelias,
as, quibus Testamentum Christi afficitis atque per-
turbatis, agnouissetis: & vestra glossemata, vestrasque
tropologias, quibus sacrificium missaticum pro viuis
& defunctis, & vnam carnis speciem, & transubstan-
tiationem, & locum cœli definitum, & absentiam
Christi, à Cœna stabilitatis, has, inquam, glossarias tro-
pologias, & hæc nugamenta iam dudum abieciissetis.
Sed

Sed nos Iurisconsulti facile prouidere possumus, nunc
quam vos ab hac opinione vestra discessuros esse: quia
infamiam, nescio quam, metuitis, & ne posthac alij
diffidant vobis, quod tam mala fide in re sacra egeritis:
id vero pertimescitis. Nihilominus tamen animorum
nostrorum sententiam vobis proponere voluimus: ut
vos ad seriam pœnitentiam exhortaremur: & de ex-
tremo iudicio, in quo respondebitis etiam iusto Iudi-
ci, vos præmoneremus. Testes enim illuc contra vos
erimus, quod tantum fidei non retinueritis in Testa-
mento Christi asseruando, quantum nos (absit verbo
gloria) in hominum Testamentis custodiendis adhi-
bere solemus.

Hic à Iurisconsultis in Concione dictis, solus adhuc
post iannam Praetorij latitabat Philippus Melanthon
olim fidus Lutheri comes: post illo iam mortuo, trans-
figa. Cum autem trepidus illuc adstitisset: & quos se verte-
ret, nesciret: Praes Concilij hisce verbis hominem puſt-
lanimem in medium protraxit.

P RÆSES A D P H I-
L I P P V M M E L A N T H O-
N E M.

ET quis tu es, inquit, qui ita iuxta postes
latitas, & totus trepidas? Progredere in
medium; & si quid habes, quod ad hanc
causam pertinere iudicas, age proferas.

HVic Philippus in eum, qui sequitur, medium, respon-
dit.

Clemente

Glementissime D. Praeses, & vos clarissimi viri consentientes, Ego sum Philippus ille magnus, sive Melanchton, qui olim pro dictorio & Symbolo usurpabam hanc votum Prophetæ: Loquebar ò Iehoua de testimonijstus is in conspectu regum, & non confundebat. Nunc autem vbi verba huius confessus audiū, ita animo exterritus sum, ut quod orationis meæ initium capiam, aut in quo desinam, planè nesciam. Omnia membra mihi tremunt: comæ arrectæ, & vox faucibus hæret. Igitur legam vobis, quæ olim adhuc viuo Lutherò, mea fuerit sententia de Calvinismo. Nam quantisper viuebat Lutherus, & frenum Philosophiæ meæ iniisiciebat, tantisper nihil ausus fui aperte pro Cinglī doctrina afferre. Ita autem ad quandam amicorum meorum tum scripsoram.

REVERENDO VI RO, DOCTRINA ET PIETA- TE PRÆSTANTI, MARTINO GORILIZ etio Pastori Brunsuicensi.

In Confess. fidei de
Eucharistia anno
57. edita Magdeb.

Quantum attinet ad factionem Zwinglii, iubeo tis antesignanis, illius sectę in colloquio Marpurgensi habito, animo 1529. QVAM NVLLAM HABEANT DOCTRINAM CHRISTIANAM, TANTVM PVBRLITER PHILOSOPHANTVR. Ideo non poterunt durare. OMNIS ENIM PLANTATIO, QVS NON EST EX DEO, ERADICABITVR. Cum totis sex

Controuersi de S. Cœna Domini. 305

sexcentis annis disputauerint, nihil adferunt præter hanc vocem: caro non prodest quicquam. Hanc nusper torquent ad Christi carnem. Vidistis quid ego collegerim de hac re, vnde meam sententiam cognosceretis. EGO MORI MALIM, QVAM HOC AFIRMARE, QVOD ILLI AFFIRMANT, CHRISTI CORPVS NON POSSE, NISI IN VNO LOCO ESSE. Ideo constanter arguas eos publice & priuatim, cum erit occasio. Vituperes hoc quoque in eis, quod de vsu Sacramentorum nihil dicunt.

EPISTOLA PHILIPPI Melanthonis, ad Ioannem Oecolampadium, de Cœna Domini.

DOCTISSIMO VI.
R O D. IOANNI OECOLAM-
PADIO, SVO AMICO, PHILLIPPVS
Melanthon.

 Liquot acceperunt tuas Epistolas, quæ quoni-
am extant in eis multe non obscurè signis-
ficationes veteris tue erga me benevolens-
tiæ & voluntatis in amicitia constantissi-
mæ, valde gratae mihi fuerunt. Nam meus animus
idem est erga te, qui fuit semper. Ego autem admiras-
tione doctrinæ & virtutum tuarum incensus, semper
Qq &

306 *Acta Concil. Oecumenici, super*
& amauit te plurimum, & singulari quadam pietate
colui. Atque utinam ea essent tempora, ut frui hac
nostra amicitia possemus. Sed incidit horribilis dissensio
de Coena Domini, quæ veterem consuetudinem
officiorum, quibus inter nos certare solebamus, impe
diuit, benevolentiam vero erga te meam, non labefac
cit. Itaque, si quid in me desideras officij, tempora mag
is, quam fidem meam accusare te velim. Quod ad
causam quam agis attinet, valde doleo ea de re dis
sensionem exortam esse, quæ a Christo ad glutinanzam
charitatem instituta est. Scis autem, me hactenus
magis extitisse spectatorem huius fabulae, quam acto
rem. Et multas graues habui causas, cur non admiscue
rim me tam odioso certamini. Interea nulla alia cura
vlli rei animum meum magis exercuit, quam huius
negocij. Et non modo cogitauit ipse, quid in utraque
partem dici possit, sed inquisivit etiam veterum ea de
re sententias. Ego enim nolim alicuius noui dogma
tis in Ecclesia, vel author vel defensor existere. Cum
omnia quæ in utraque parte firmissima videntur, ex
pendi, dicam pace tua, non tamen eo in sententiam tu
am. Nullam enim firmam rationem inuenio, quæ con
scientiae discendentis a proprietate verborum satisfacia
at. Nihil autem ad hunc diem de hoc negotio scripsi,
quia videbam futurum quicquid scriberem, ut me ala
legari a Lutheru tanquam domesticum testem, iniqui
judices dicerent. Nihil authoritatis in nostra senten
cia futurum erat, quia in alterius gratiam scripta video
retur. Sed spero te melius de meis moribus sentire:

Ἐχθρὸς γαέ μοι καίνος ὄμως αἵδαο πνλεύτη
αἱ Χ ἐπερορ μλή καύθε ἐνὶ φρεσίμ, ἀλο ἔπη.

Quod

Qualiscunque enim sum, certè nunquam amauī Epicureos istos, cuiusmodi multi sunt hoc tempore, qui religionem irrident, & quibus voluptati est, de maximis rebus homines fallere. Semper, ut scis, studiosus sui doctrinæ Christianæ: fuitq; ob eam causam mihi curæ, vt eam diligenter cognoscerem: nec sine paruo negocio, dum quārō quid sequi tūtō possim, extricauī me ex scholasticis disputationibus, partim etiam ex amicorum meorum disputationibus, cuius rei nonnulla extant testimonia. Quod si gratiam auctorarer, non ignoro, quām multos magnos & eruditos viros habeat vestra factio, horum amicitiam non contemnerem. Itaque si mihi vestra sententia, de Cœna Domini placeret, simpliciter profiterer. Vos absentis Christi corpus, tanquam in tragœdia repræsentati contenditis: ego de Christo video extare promissiones: Ero vobisq; usque ad consummationem seculi, & similes, ubi nihil est opus diuellere ab humanitate diuinitatem, proinde sentio hoc Sacramentum veræ præsentiae testimonium esse. Quod cūm ita sit, sentio in illa Cœna præsentis corporis novitatem esse. Cum proprietas verborum cum nullo articulo fidei pugnet, nulla satis magna causa est, cur eam deseramus. Et hæc sententia de præsentia corporis, conuenit cum alijs scripturis, quæ de vera præsentia Christi apud nos loquuntur: nam illa est indigna Christianis opinio, quod Christus ita quandam coeli partem occuparit, vt in ea, tanquam inclusus carceri, sedeat. Tu colligis absurdâ multa, quæ sequantur hanc sententiam. Colligis etiam quasdam veterum sententias, quæ pro te videntur facere. Sed absurdâ minus offendent

308 *Acta Concil. Oecumenici, super*
eum, qui meminerit de rebus cœlestibus ex verbo
Dei, non ex Geometria faciendum esse iudicium, quia
quæ tentatus dîdicerit, nullam esse rationem, quæ cons-
cientiam satis docere possit, cum à verbo Dei discel-
serit.

In ijs locis, qui citantur ex veteribus, agnosco quan-
dam esse dissimilitudinem, sed tamen ex his, si quis
prudenter eligit grauissimorum authorum dicta, in-
ueniet pleraque, quæ ostendunt hanc, quam nos se-
quimur, veteris Ecclesiæ, quatenus nobis nota est,
communem fuisse sententiam: tametsi tu quidem ho-
mo disertus, quosdam locos nimis callide interpreta-
ris, & ad tuam causam detorques. Veteres cum de re-
surrectione disputant, allegant Coenam, nec inepie,
meo quidem iudicio: significavit enim Christus Apo-
stolis, se resurrectum esse, quia sui corporis novas lxx
instituit. Necesse enim erat, ut viueret corpus, quod
nobis impariendum erat. Quod si veteres sensissent
absens corpus repræsentari, quomodo inde probarent
resurrectionem: quia etiam si non resurrexisset Chris-
tus, tamen absens corpus & consumptum repræsen-
tari potuit, sicut in fabulis Hector repræsentatur. Sed
non institui nunc disputationem: tantum hæc scripsi,
ut meam erga te benevolentiam perpetuam cognos-
ceres, neque tamen volui, quid sentiam, dissimilare.
Teque rogo, vt consideres, quantam rem, quamque
periculosam suscepéris. Verum illud est, nimium al-
tercando amitti veritatem, atque hæc multò magis pe-
nitentia in his tam violentis concertationibus. Qua-
re satius esset hac de re aliquot bonos viros in collo-
quium vñā venire. Video quæ semina harum dispu-
tatio-

tationum sparsa sint in Veterum libris, sunt & in quibusdam nuper natis ante hunc tumultum. Video causam vestram præsidijs ingeniorum nitit, & vos habere studia theatri, non tantum manifesta, sed occulta etiam, quæ haud scio, an efficacius vobis suffragentur, quam manifesta. Satis nota est mihi tua modestia, quare non arbitrabar opus esse, ut te admonererem, ut cogitares homines ingeniosos & prudentes, interdum labi posse, & in negotijs spiritualibus in primis periculosa est ingenij fiducia. Scis scriptum esse: Absolutio apud Deum est, quicquid est sublime in mundo. Et multo plures sunt, quam putentur, qui tantum ea amplectuntur in religione, quæ ingenij eruere ac comprehendere potuerunt. Postremote rego, ut hanc meam Epistolam, optimo atque amicissimo scriptam animo, boni consulas. Vale Spire. Anno M. D. XXIX.

Hæc tum mea erat Confessio & doctrina fidei. Neque ego aliter tum docebam in Scholis, neque alter scribebam, aut sentiebam: donec tandem, mortuo Luthero, in medium processi, & me non minus acutum Philosophum esse docui, quam Cingliani erant. Nam hi præ cæteris in defensione dogmatis sui, singulari opinionem ingenij, eruditio[n]is, & exquisitæ cognitionis Philosophiae consecuti sunt. Itaque Epistles aliquot ad eos misi, quorum nomina tum præcipue inclarescebat, & qui Cinglano spiritu erant afflati; sed clam feci omnia, & sâpe verbis usus sum contrarijs, quemadmodum hoc Epistole meæ testisificantur, & consilia, quæ Electori Palatino & alijs

310 Acta Concil. Oecumenici, super
communicauit. Ea haud dubie in horum consen-
tium & Orthodoxorum virorum manibus erunt.

PRÆSES AD PHILIPPV M.

DEsine Vespertilio, et te ad Protheos et Ver-
turnos istos Neutraru[m] partium recis-
pe: qui vno ore calidum & frigidum e[st]
flas: qui vna manu panem, altera lapidem
ostentas: qui dextrum pedem in calceo, sinistrum in
pelui habes: qui aliud stans, aliud sedens loqueris. Chri-
stus, qui est καρδιογένεσις, via & veritas, te tam versipel-
lem, tamque mutabilem, & flexiloquum hominem
iusto iudicio plectet.

Nunc vos Patres Conscripti, quoniam aduersus
rascit, abite singuli in vestra hospitia: & cras summo
diluculo in atrium redite, ut colophonem huic adda-
mus negotio.

Concione dimissa, omnes in sua recipiunt se hospitia: &
primo mane iterum in Palatiu[m] atrium reuerterunt:
sbi facto silentio, Præses Concilij huiusmodi Orationem
tam habuit.

ORATIO PRÆ- SIDIS.

Vnde igitur bene vertat: & Orthodoxo
consensi nostro fœlix faustumque sit:
postquam maior pars nostrum, de Coena
& persona Christi, probè conuenit: nihil
aliud

aliud nunc restat, quām vt exiguum iſtum cœtum
 Vbiqūtiorum à nostro consortio excludamus; eoſ
 que tanquam Hæreticos, anathemate feriamus. Cur
 enim plures cedant paucioribus? Cur vos Iesuitæ,
 vos Iudæi, vos Ethnici, vos antiquissimi Hæretici Ec-
 clesiae, vos Turcæ, vos Cingiani, quorum omnium
 infinita est multitudine, tam exiguo hominum numero
 locum in vestrâ Ecclesia detis? Cur vos potius illos,
 quām illi vos audiant? Evidem vestrâ, vt video sen-
 tentia, in omnibus totius terrarum orbis gentibus ac
 populis suos habet assertores, suos defensores, suos
 Patronos, suos propugnatores: vestrum dogma iam
 inde ab Apostolorum temporib⁹, nunquam prorsus
 ex Ecclesia deleri, aut extirpari potuit. Vestrâ religio,
 cum acutissimo rationis humanæ iudicio, & cum ve-
 terum Philosophorum decretis, exquisitissimè conve-
 nit. Hanc enim doctrinam amplectuntur fortissimi
 heroës: hanc tueri Duces: hanc armis defendunt mis-
 lites: pro hac optimi quique pugnant, qui rem armis
 strenue gerere, quām de articulis religionis scrupulos
 se ex sacra Scriptura disputare malunt. Quare & ego
 Sacramentariorum sententiam approbo: contrariam
 reſicio & damno.

Cum autem operæ pretiū sit, decreta huius Oe-
 cumenici Concilij, in sempiterna posterorum memo-
 ria extare: idcirco huic Angelo Mafarello, olim fa-
 tro sancti Concilij Tridentini Notario, mandaui, vt
 interea Canones conscriberet, qui totum hoc negoti-
 um de Coena Domini, & de persona Christi breuiter,
 summa tamen perspicuitate, completerentur. Qua-
 re, tu Notarie, progredere in medium, et quos conscri-
 psti Canones, recita.

An.

*ANGELVS MAS
RELLVS NOTARIUS.*

SAcro-sancta Synodus Oecumenica, ex omnibus Gentibus & Religionibus in Spiritu suo congregata, super controversonia exorta de Cœna Domini, & de persona Christi, hac fecit Decreta.

**CANONES HVIVS
CONCILII DE COENA DO-
MINI, ET DE PERSONA
Christi.**

CANON I.

Si quis dixerit: In disputatione de Cœna Domini, vrgenda verba Institutionis, eaque secundum literam, vt sonant, accipienda esse; Anathema sit.

II.

Si quis dixerit: Vlla vi diuina fieri posse, vt corpus Christi simul & semel sit in duobus aut pluribus locis; Anathema sit.

III.

Si quis dixerit: Indignos ore manducare & bibere in Cœna, corpus & sanguinem Christi; Anathema sit,

III. Si

IV.

Si quis dixerit : Sacra menta noui Testa-
menti, quo ad substantiam, aliquid amplius
continere & offerre ; quam Sacra menta ve-
teris Testamenti: Anathema sit.

V.

Si quis dixerit : Christum ita ad cœlos af-
cendisse, & ad Dexteram Dei consedisse , vt
tamen nihilominus Ecclesiæ suæ in terris sit
secundum humanam naturam præsens: Ana-
thema sit.

VI.

Si quis dixerit: Dexteram Dei in Symbolo
Apostolorum non significare certum locum
in cœlis, sed solam omnipotentiam Dei: Ana-
thema sit.

VII.

Si quis dixerit : Christo, ut homini (causa
Unionis personalis) communicatas esse diui-
nitatis proprietates REALITER, non autem
verbaliter tantum: Anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit : Christum (propter Unionem
personalem) etiam secundum humani-
tatem esse Omnipotentem: Anathema sit.

R r

IX. Si

IX.

Si quis dixerit: Christum (propter Vnionem personalem) non ea tantum, quæ ad iudicis officium pertineant, verùm etiam o*m*
NIA nouisse, secundam suam humanitatem:
Anathema sit.

X.

Si quis dixerit: Christum (propter personalem Vnionem) secundum humanam naturam omnibus creaturis præsentem esse, & omnia ubique in toto terrarum orbe gubernare: Anathema sit.

XI.

Si quis dixerit: non ad solam Deitatem dirigendam inuocationem, sed humanā quoque naturam in Christo, propter Vnionem personalem, religioso cultu adorandam & inuocandam esse; Anathema sit.

XII.

Si quis dixerit: Deum sua essentia in omnibus creaturis esse & omnia in cœlo & terra implere; Anathema sit.

XIII.

Si quis ullam posthac doctrinam suscep-
rit aut approbauerit, quæ humanæ rationis iudicio repugnet; aut Aristotelis, aliorumue
Phi-

Philosophorum placitis & axiomatibus con-
tradixerit: Anathema sit.

XIIII.

Quisquis Cinglianum dogma vi & armis
non propugnandū censuerit: Anathema sit.

Post recitatos Canones adfrennere omnes. Ne quis
antem parum constans in sua sententia futurus videre-
tur, quisque è proxima loco arrepto carbone ardenti,
eoq; in Stygia palude extineto, his Canonibus propria
manu subscripsit. Atque ita dimissus est Conuentus: ea
tamen conditione, ut suo quisque loco maneret, donec ad
reliquos etiam articulos Religionis discutiendos, oppor-
tuno tempore à Praeside rursus connocarentur.

F I N I S.

DON 31.79.2242

1812754

ERRATA

Prior numerus paginam, alter lineam denotat.

Pagina 17.lin. 30. lege populum. 25. 21. carmen. 29. 5.
Vuittembergici. 77. 6. labore hoc. 152. 17. cære. 177. 16.
quidem credendum. 200. 22. palpabili. 221. 31. Apollinaris.
223. 9. est. Ibid. lin. 19. subruerent. 238. 17. hæc. 255. 23. veni-
at. 256. 13. tuam. 260. 5. affruct. 261. 6. refingamur. & lin.
20. obsecro. 262. 25. in ea. & lin. 26. religioni. 271. 5. aps-
pellet. 272. 17. similitudine. 273. 21. oratione. 275. 24. soli
292. 16. carnem. 293. 3. stipites.

TYPGRAPHVS LECTORI

Quia liber hic sine titulo in meā venit officinā:
imposui ei nomen Concilij Nationalis: quod cùm
postea auctori displiceret, mutauit in reliquis pa-
gellis. Hoc ideo remonere volui, ne quod mea cul-
pa accidit, id auctori tribnatur. Is enim missa ad
me Prefatione Oecumenicum appellat. Vale.